STATUS

DIOECESIUM CATHOLICARUM

IN

AUSTRIA GERMANICA, BORUSSIA, BAVARIA, RELIQUIS GERMANIAE TERRIS SITARUM

DESCRIPTUS

A

J. FRIDERICO SCHULTE

J. U. D., JUR. CANONICI ET GERMANICI PROF. PUBL. ORD. IN UNIVERSITATE PRAGENSI ARCHIEP. PRAG. JUDICII MATRIMONIALIS CONSILIARIO ACTUALI.

GISSAE 1866.

SUMPTU E. ROTH.

PRAEFATIO.

Accuratam status dioecesium habere notitiam summi esse momenti, si, quae inde veniant commoda, consideraveris, statim intelliges.

Certo certius est, singulas dioeceses earumque conditionem inter se maxime differre, sive formam, ut ita dicam, exteriorem spectes, sive vitam internam. Ad has diversitates recte discernendas non sufficit, in promptu esse eos numeros, qui quodammodo ita circumscribunt dioeceses, ut mathematicorum more construi possint. Quaecumque in ipsam vitam ecclesiasticam vim aliquam exercent: situs, relatio inter ecclesiam et rempublicam, numerus et conditio incolarum ab ecclesia separatorum ipsa religione christiana vel confessione, relatio clericorum et regularium omnis generis ad populum (laicos), relatio clericorum curae animarum deditorum ad eos, qui aliis funguntur officiis, numerus et conditio beneficiorum aliorumque officiorum, jura ordinaria quemadmodum aut secundum jus commune libere exerceantur aut fortasse legibus civilibus consuetudine statutis particularibus coarctentur vel in facto minuantur (praesertim in ordinandis clericis, conferendis beneficiis, administranda jurisdictione ecclesiastica, cura rerum temporalium gerenda cet.): has reliquasque ejusmodi res haud ignorare eum omnino oportere, qui de statu ecclesiae, qualis in aliquo consistat territorio, judicare velit, primo constat aspectu. Talis etenim profecto notitia solum et valide efficit, ut, quaenam praecipue sint adhibenda ad statum dioecesis meliorem reddendum, possit dijudicari. Nam si intellexerimus, bonum certae dioecesis statum dici posse et qualis sit, comparatione

cum alia intercedente facile nobis persuadebimus, quid in altera sit mutandum. Nihil unquam periculosius est, quam errare de iis rebus, quae unice efficiunt, ut status natura recte intelligatur. Non sola cleri, beneficiorum, templorum, monachorum, religiosarum numerositate ecclesiam in aliquo territorio *florere* constat; vitam ipsam populi esse catholicam oportere planum est. Ecclesiae finis minime est, ut hierarchia numerosa, opulenta existat, immo ut is adsit clericorum numerus, ea vigeat hierarchiae libertas, eae praesto sint opes, quas, ne ulla re ad assequendum finem ipsi propositum careat, ecclesia possideat est necesse.

Ex iis, qui publici juris sunt facti, libris, neque, si certam singulam dioecesim, neque multo minus, si dioeceses Germaniae vel ullius ampli territorii intuearis, res modo designatas satis perspici constat. Permagnus *„schematismorum“*, *„elenchorum“* aut quotannis aut bienniis trienniis cet. impressorum numerus fere nihil continet, quam nomina clericorum, beneficiorum, nudum animarum numerum. Deest in iis „conspectus“ congruus, summa difficultate notitiae inde hauriuntur. Neque vero ii hujusmodi libri, qui minime cancellis tam angustis sunt circumscripti, de omnibus rebus, quas supra attigi, lectorem reddunt certiorem. Catalogi dioecesium *bavaricarum* fere omnium mihi esse videntur optimi. Quae ad dijudicandum statum cujusve parochiae particularem, relative ad clerum, ordines religiosos, populum cet. pertinent, scitu digna vel necessaria sunt, continent. Catalogi quoque aliquot Austriae dioecesium quodammodo excellunt. Sed dum plerique catalogi bavarici etiam statum populi religiosum pro parte exhibent, frustra in catalogis austriacis, borussicis aliisve de rebus gravissimis, utpote de matrimoniis, numero liberorum legitimorum et illegitimorum, communicantium cet. notitiam quaeris. Hae vero res primo per se nos juvant in statu dijudicando; accedit, quod *„statisticae“*, quas respublicae edunt, plane alios sequuntur fines et maximam partem, id quod in terris et regionibus, ubi catholici cum acatholicis permixtim degunt, summi est momenti, in conscribendis numeris nullum ad statum ecclesiasticum habent respectum. Quodsi catalogi illas res continerent, fieri non potest, ut ad omnium deveniant notitiam, quippe quum aliquot extra dioecesis singulae fines fere nunquam egrediantur et summis tantum expensis acquiri possint. Sin autem haec superaveris, non cujusvis est, ad ea omnia attendere, quae lumen afferunt.

Itaque rem omnibus gratissimam fore opinor, quum *„statum ecclesiae catholicae"* edam.

In describendo statu ecclesiae catholicae *Austriae germanicae, Borussiae, ceterorum sub confoederatione germanica unitorum territoriorum* hoc opus se continet. Ad reverendissimos harum dioecesium Ordinariatus preces direxi ante hos tres annos enixe rogans, ut certis quaestionibus responderent et libros hujusmodi impressos mihi transmitterent. Quae accepi opus offert. Aliquot curiae ad quaestiones propositas ita responderunt, ut paucissima jam desideranda sint, aliquot praeter catalogum paucas resolverunt quaestiones, accuratis de quaestionibus ex catalogis haud resolvendis notitiis neque apud curiam existentibus neque brevi tempore habendis, aliquot porro re, silentio scilicet interposito, una denique verbis expressis inopportunum duxerunt, quod intendebam. Hoc aliaque dubitationem mihi non attulerunt consideranti, ut librum ederem, unde maxima scientiis et praesertim juri canonico atque theologiae provenirent commoda. Quid ambiguum esse potest? Publicare numeros omnis generis, qui partim ex libris vulgatis partim aliunde reperiri possunt? Minime. Publicare fortasse, quantum mensae episcopales, dignitates et praebendae canonicales, seminaria habeant reditum, quanta debeatur camerae apostolicae taxa, quanta fortasse summa a republica quotannis solvatur? cet. cet. Ubi nova dioecesium circumscriptio locum habuit, hae omnes res, excepta ultima, in ipsis bullis accuratissime continentur, bullae vero centies sunt impressae. Hoc in dioecesibus borussicis, bavaricis, rhenanis, compluribus austriacis quadrat. Ultima vero, quam attigi rem, ex ratione quaestuum et erogationum, quae vulgo ***Budget*** appellatur, publica singularum civitatum satis superque elucet. Ex hoc ipso fonte, quod pertinet ad Austriam, cujus episcopi et capitula plerumque ditissimi esse putantur, is quidem mensarum episcopalium et capitulorum reditus directe patefit, qui ex *fundo religionis* percipitur. Ceterorum vero episcoporum reditus, quum certa ad fundum religionis percenta solvere teneantur, ex percentis in illa ratione - Budget - annotatis in tantum deduci potest, quantum reipublicae ex *fassionibus,* quae vocantur, i. e. ex reditus confessione a singulo facta, constat. Idem est de praelaturis. Tantum vero abest, ut ecclesia ex redituum summa publicata detrimentum capiat, ut contra falsae illae opiniones de immensis ecclesiae catholicae

divitiis et opulentis praebendis refutentur. Insuper summus Pontifex Pius P. IX., quem transmittendo easdem quaestiones, quas ad episcopos direxi, humillime rogavi, ut episcopis Italiae austriacae, Ungariae, Galiciae, Dalmatiae cet. preces meas commendaret, non modo annuit his precibus, sed etiam Nuntio Viennensi mandare est dignatus, ut voluntatem S. Patris illis aperiret. Quo facto Em. et Rev. Dom. Cardinalis de Luca, eo tempore Pro-Nuntius apostolicus, tanto me affecit favore, ut quaestiones a me propositas ipse imprimendas et ad episcopos transmittendas curaret, rogando, ut iis responderent. Reverendissimis dominis Archi- et Episcopis Agriensi, Weszprim., Quinque-Eccles., Nitriensi, Scepus., Lugos. r. gr. c., Rosnan., Szathmar., Vaciensi, Sabar., Cassov., Cracov., Premysl., Vicet., Spalat. et Macarc., qui illas preces audiverunt, intimas debitasque gratias agens summopere doleo, quod contemptus humillimarum non propter commodum privatum factarum precum ex parte ceterorum episcoporum impediat, quominus hoc opus alterum, quod de dioecesibus illarum regionum tractaturum sit, sequi possit.

De *forma et consilio* operis nihil dico, per se patet. Quaecumque mente benigna vituperabuntur ab iis, qui ipsa vituperatione probabunt, se et intelligere, de quibus agatur, quid opus sit ad finem propositum assequendum, et rem ipsam ante oculos habere, ea lubentissime accipiam, considerabo, occassione data corrigam.

De *operis materia* pauca jam sunt dicenda. Difficile immo usque adeo impossibile est, accuratam cujusque rei pro unaquaque dioecesi dare notitiam, quoad primo omnes Ordinariatus relationes et conspectus a parochis eo modo componendos curent, ut res scitu dignae pateant, secundo notitias omnis generis communicare non dubitent. *In hoc libro offerri, quae possint, recte me affirmare posse opinor.* Ne vagae darentur notitiae, multa praeterire quam incerta dare malui, *quoties authentica deerat informatio.* Quam ob causam opus tantum abest, ut perfectum dicere possim, ut a fine proposito longe distare coger confiteri. Sed quum omni data opera fieri non posset, ut opus ederem perfectum, aut plane editione desistendum aut opus minus perfectum edendum erat. Illud equidem volui. Ductus vero amicorum persuasione, qui operam inutilem, expensas haud mediocres, praeprimis vero diutiorem rei cunctationem dolebant, alterum elegi. Quodsi inde vitu-

peratione dignus sim, nunquam „statum perfectum“ editum iri certum est eo, quod profecto fieri non potest, ut, antequam fundamentum sit positum, in quo pro futuro opus perficiatur, omnes res eo quo decet ordine et statu digestae in manus *unius* veniant. Ex aliis dioecesibus alia desiderantur; catalogus unius tantummodo singulis bienniis, trienniis, quadrienniis cet. apparet; notitiae scitu necessariae priusquam novus edatur raro mandantur. Quod quamvis postularetur, facile annus praeterlaberetur, sicque plurimi numeri non convenirent. Hoc vero, et id est quod porro attingere debeo, per se non nocet. Nam *numeri absoluti,* qui vocantur, raro aliud praebent commodum, nisi curiositati indulgere, *numeri relativi* soli lumen afferunt.

Singularis occurrit difficultas in describendo *congregationes mulierum religiosas.* Dum virorum congregationes certis ordinum sive monachorum sive clericorum cet. regulis sunt conscriptae, illae mulierum congregationes multoties ad unam tantum dioecesim pertinent, earum regulae raro sunt publicatae. Inde evenit, quod persaepe nesciri potuit, cujus congregationis ex. gr. *„sorores charitativae“* hujus aliusve dioecesis existant. Quare si alicubi erravi, oro atque rogo, ut a censoribus corrigar competentibus.

Hoc opus nihil offerre vult quam, ut vocant, *statisticam,* i. e. describere, quaecumque ad finem, quem supra indicavi, assequendum faciant. Cujus generis primo sunt numeri, deinde conditiones status, rationes ex iis sequentes, porro statutorum legumque dispositiones, quarum autoritate dioecesium, ut ita dicam, status efficiatur et recte intelligatur.

Secundum opus, quod edere mihi proposui, 1° continebit succinctam singularum dioecesium *historiam,* 2° *fontes* indicabit et quidem rerum in dioecesi gestarum scriptores, documentorum, legum, synodorum collectiones, ceteros hujus generis libros, 3° *monasteria, capitula,* ceteras corporationes ecclesiasticas, quae olim florebant, nominabit et breviter adumbrabit, additis, quantum fieri potest, de exitu, bonis, fine, cui haec nunc interviunt, notitiis, 4° alia omnis generis utilia atque necessaria (parochiae, archidiaconatus veteres cet.). Itaque *Germaniam sacram* edere spero; quo tempore juris publici fieri possit, hoc ipso momento ne indicare quidem possum. Multa collegi, aliquot partes prelum exspectant. Sed quum hic agatur de rebus praeteritis

aut nihil dabo aut omne id, quod saltem ex libris impressis reperiri potest. Eam vero rem quominus absolvam biennio aut triennio ingens laborum omnis generis copia plane impedit.

Tabulae adjectae omnino necessariae esse mihi videbantur quippe quibus statim efficiatur, ut quasi uno aspectu singulae res intelligantur. Quapropter repetitio numerorum evitanda non fuit, nam et singulae dioeceses quoquoversus erant describendae et omnium comparatio facienda.

Quum non res gestas sed *statum* dioecesium descripturus essem, ut plurimum spatii lucrarer, per *titulos* singulas materias digessi et descripsi. Spero, fore, ut hac ratione et perspicuitas augeatur et librum evolventi res, quam quaerat, extemplo facile appareat.

Fontes operis, ut supra jam memoravi, sunt catalogi officiales, litterae Ordinariatuum ad me directae, colloquia cum viris peritis; quamobrem neque libros citari neque de aliis similibus *hic* agi oportet.

Sermone latino usus sum, quia et ecclesiae est sermo et efficit, ut opus ubique locorum possit adhiberi. Certe omnia me fallunt, nisi hoc opus fere eos tantum esse lecturos, qui sermonis latini compotes sint, jure existimo.

Pragae Idib. Mart. MDCCCLXVI.

Schulte.

I.

PROVINCIAE ET DIOECESES AUSTRIAE

IN TERRIS CONFOEDERATIONI GERMANICAE SUBJECTIS SITAE.

INTRODUCTIO.

Notitiae generales, quae ad omnes has dioeceses sunt referendae.

---

§. 1.

De situ et circumscriptione.

Pro regula dioeceses habent territorium antiquitus possessum, quum nullo tempore hoc teneretur, ut dioecesis cum terra hereditaria congrueret. Dioeceses inter se, quod ad circuitum pertinet, maxime differre, dioeceses bohemicas et Olomucensem imprimis nimias esse, primo aspectu apparet. Conditio quoque dioecesium geographica (physicà, orographica cet.) deinde diversissima est, praesertim quum 9 dioeceses (Linc., Salisb., Trid., Brixin., Secov., Lavant., Gurc., Labac., Gorit.) aut in totum aut pro parte alpinae sint, aliae saltem montuosae. Curam vero animarum in terris Alpium et in montibus difficillimam esse, patet. Unde efficitur, ut ex solo majore, si alias dioeceses compares, clericorum in Brixin. et Trident. dioecesibus existentium numero nihil probetur. Facillimum quoque est intellectu, hanc complurium dioecesium conditionem esse, cur in iis tot mendicantium monasteria existant, quippe quum primo in regionibus istis raro alii difficillimae curae se dedicent quam rusticorum filii, deinde paupertas incolarum talibus monasteriis maxime faveat, in Alpibus praesertim denique monasteria ad parochos juvandos tanto sint necessaria, quanto difficilior immo periculosior est presbyterorum singulorum conditio. Quodsi dioeceses bavaricas compares cum austriacis, statim videbis, illas longe melioris esse conditionis. Beneficiorum curatorum in singulis dioecesibus existentium numeros comparanti statim patet, dioeceses rhenanas optime se habere, pessime vero austriacas.

§. 2.

De statu animarum.

Registra, quae vocantur, *status civilis,* de natis, mortuis, matrimoniis, sive matricae baptismatorum (et natorum), mortuorum, copulationum quoad Catholicos a solis parochis conficiuntur, et quidem dupla. Unum exemplar in archivio paroch. asservatur, alterum quotannis Ordinariatui transmittitur. Inspectio et revisio ordinaria quotannis per decanos rurales necnon apud Ordinariatum, extraordinaria in actu visitationis episcopalis per Ordinarium vel Commissarium delegatum instituitur.

Singulis annis *parochi* tabellas confectas pro districtibus politicis, quibus parochia tenetur, magistratui civili tradere debent: 1) de obitu pupillorum. 2) consignatio prolium (pro vaccinatione). 3) consignatio illorum, qui aetatem militarem attigerunt. 4) super statu populationis (nati, mortui, matrimonia cet.) secundum schema praescriptum. Documenta legalia baptismi, mortis, copulationis cet. a parochis conscribuntur.

Praeter matricas, quas nominavi, parochi tenere debent librum denuntiationum matrimonialium et examinis sponsorum.

§. 3.

De Clero.

I. *Educatio.* 1. *Seminaria puerorum* post annum 1849, ut equidem scio, in plurimis dioecesibus erecta, sub sola Ordinariorum directione sunt. Fundata sunt maximum ex donis Episcoporum, capitulorum aliorumve et sustentantur partim reditu fundi ipsius, partim summis, quas Ordinarii, canonici aliive presbyteri quotannis voluntarie solvunt. Alumni plerumque, ubi contrarium obtinet suo loco dicetur, in gymnasio publico instruuntur. Si in ipsa domo instruantur, institutum *gymnasii publici qualitatem* solo „Ministerii status" decreto accipit. Quodsi hanc qualitatem non acquisierit, *examen,* quod vocatur *maturitatis,* in gymnasio caesareo regio locum habet.

2. Episcopis liberum est, quos dignos existiment, ordinare, quum lex civilis secundum *Concordati* art. IV. lit. b. canones pure agnoscat. Generaliter ad *theologiae studium* non admittuntur nisi qui gymnasii classes bene se absolvisse et maturos esse, examine publico maturitatis probaverunt. Sed sacerdotum potissimum urgente penuria factum est, ut in permultis dioecesibus juvenes in seminario recipiantur, qui illud examen non superaverint, immo interdum numerus horum superet eorum, qui maturi sint declarati.

3. Pro theologiae studio aut *„Facultates theologicae"* aut *„Instituta theologiae dioecesana"* sunt. Professores e fundo studiorum mercedem accipiunt, cui a fundo religionis restituitur. Professorum nominatio quoad instituta dioecesana in libero Ordinariorum est arbitrio, quorum porro est, studiorum rationem

praescribere. Norma vero in conventu episcoporum a. 1856 (Acta hujus conventus num. IV—X.) inter episcopos concordata ad verbum statuit: 1) ut pro regula „ii ad studia theol. solummodo admittantur, qui inferius superiusque gymnasium sufficienti cum successu absolverint. Hanc tamen normam concilium provinciale ad tempus saltem temperabit, ubi tanta sit sacerdotum penuria, ut nec ad parochialem animarum curam agendam plane sufficiant.“ 2) „Theologia quatuor annorum decursu a sex aut quatuor saltem professoribus tradenda est.“ 3) „In cunctis institutis theol. tradatur aportet: theol. dogmatica et moralis pastoralisque, eloquentia sacra, historia eccles., jus canonicum, sacra scriptura tam veteris quam novi testamenti, nec non lingua hebraica, a qua tamen addiscenda Episcopus dispensare poterit alumnos, in quantum id conducere censuerit.“ 4) „In quantum pro rerum adjunctis fieri possit, praelectiones accedant extraordinariae de patrologia praesertim, sed et de aliis, quae ad Ecclesiae ministros amplius erudiendos inserviunt.“ 5) Lingua latina ordinarium erit praelectionum theolog. idioma: exceptio non nisi in singulis quibusdam disciplinis et gravi ex causa admitti poterit.“ Litteris die 16. Jun. 1856 ad Ministerium c. r. cultus et instructionis datis Episcopi studiorum theol. normam proposuerunt his principiis fundatam. Haec norma Ordinat. hujus ministerii dat. 29. Mart. 1858 (Reichs-Gesetz-Blatt Num. 50.) vi resol. supremae diei 8. Mart. 1858 publicata est, ut art. VI. et XVII. Concordati ad effectum perduceretur. Secundum hanc legem ii, quibus professionis theol. munus tradendum est, examen in scriptis superare debent et praelectionem probatoriam tenere, exceptis viris jam operibus literariis vel magisterio satis probatis. Pro cathedra vacante Episcopus concursum per dioecesim indicat, per complures vero dioeceses, si institutum pluribus est commune. Ubi fundus relig. mercedem dat, vacatio Gubernio est indicenda, Episcopus dat quaestiones resolvendas et curat, ut candidatus optime inspiciatur. De resolutione et votum professorum instituti, de quo agitur, et alterius requiret. Praelectio censenda est per Commissarium episcopalem et professores. Sin dubitatur, an concursus expediat, Episcopus „supplentem“ nominat, quem, si per annum spei in ipso positae satisfecerit, ad examen, quod descriptum est, admittere potest. Ex concurrentibus Episcopus quem elegit, ei, postquam „Locumtenentem“ interrogavit, num persona grata sit „circa res politicas“, munus confert.

Quoad *facultates theologicas* aut Episcopus virum Ministerio designat, audito professorum collegii voto, aut a Ministerio concursus indicitur. Quaestiones episcopus ministerio transmittit, cui jus est designandi aliud quoque institutum theol , ubi examen sit faciendum, quam illud, cujus in concursu mentio est facta. Praelectio probatoria praesente Commissario episcopali locum habet. Quaestiones ab alia facultate recensentur; quo facto Ministerium cum Episcopo consilia confert. *Episcopus quovis momento missionem docendi theologiam potest revocare.*

4. Theologiae studiosi, paucis exceptis, qui „externi“ dicuntur, in *Semi-*

nario Clericorum. degunt, cujus Directores Episcopus libere nominat, praeterquam personas „circa res politicas minus gratas." Seminaria aut bona propria habent aut e fundo relig. sustentantur.

§. 4.

Clerus.

II. *Titulus ordinationis* et *cura emeritorum, deficientium.* Clerici *saeculares* fere omnes ordinantur ad titulum, qui vocatur *mensae fundi religionis;* titulus patrimonii vel pensionis rarissime occurrit. Regulares ad titulos, quos jus canonicum pro regularibus habet, ordinantur.

Sacerdotes, quibus cura animarum ordinaria nondum commissa fuit, et capellani locales, si ad curam animarum gerendam inhabiles redduntur, „deficientium" pensionem annuorum 210 fl. mon. austr. e fundo relig. accipiunt; parochi deficientes vero accipiunt 315 fl.; quodsi causae graves adsint, 105 fl. adduntur. Ubi beneficii reditus permittit, parochus reservata pensione a successore solvenda resignat.

Sacerdotes demeriti aut in domo corrigendorum (apud singulas dioeceses indicatum est, si qua existat) aluntur aut e fundo relig., nisi fortasse in opus publicum damnati in carcere publico detineantur.

Ex „ratione quaestuum et necessitate erogationum" pro anno 1863 suo quaeque loco expensa notabitur.

§. 5.

De beneficiis.

1. *Congrua.* Congrua parochorum veterum (i. e. in parochiis jam a. 1782 erectis) est 315 fl. m. a., novorum (i. e. post. a. 1782 erectarum parochiarum) est 420 fl. m. a., localistarum 315 fl., capellanorum, cooperatorum, coadjutorum 210 fl. m. a. In civitatibus capitalibus parochi congruam 420 ad 1260 fl. habeat. Reditus aut ex agris, aut e summis sub hypotheca elocatis aut e syngraphis publicis proveniunt. Accedunt eleemosynae missarum fundatarum aliaeve, praestationes pecuniariae vel naturales a patronis sive communitatibus debitae. Usque ad annum 1849 parochi in plerisque dioecesibus *decimas* (non ex fructibus naturalibus agrorum metiendas, sed quantitatis fixae) percipiebant. Redemtione decimarum a. 1849 facta reditus permultorum parochorum valde sunt diminuti. Reditus singularum parochiarum maxime inter se differunt. Dum aliquot in singulis dioecesibus supra 1000, 1500, 2000, 3000 fl. recipiunt, multi haud multum supra congruam habent. Quae ubi deficit, id quod deest, e fundo relig. suppletur. Loco decimarum redemtarum syngraphae publicae („obligationes fundi exonerati") aut summae sorte victae (quum e syngraphis illis quotannis certa pars sorti submittatur) capiti annumerantur. In omnibus dioece-

sibus magna parochiarum pars nullam praeter 420 fl. e fundo relig. solvendos dotationem fixam habent.

2. Parochi ubique canonice *investiuntur.* Praeter parochias vero raro alia beneficia, quae proprie vocari possunt, existunt. Capellani, cooperatores cet. de regula beneficium non habent. Mittuntur aut parochis petentibus, quibus onus iis necessaria (victum, habitationem) subministrandi et certam summam solvendi incumbit, aut e fundationibus, si quae existant, aut e fundo relig. mercedem recipiunt in iis locis, ubi unus pluresve capellani adsint oportet, beneficii vero reditus ad praestandum salarium minime sufficit. Eodem modo curatur, quum parochus, sufficiente ad hoc reditu carens, morbo affectus pro tempore curam gerere non possit.

3. Parochiae omnis generis iis tantum committuntur, qui *examine* quod vocatur *concursus parochialis,* intra sexennium antecedens approbati aut dispensationem lege ipsa sive gratia episcopali nacti, *concursu indicto* de ecclesia vacante petierunt. Articulo Concordati XXIVto Concursus Tridentinus est praescriptus. In conventu episcoporum a. 1856, quem supra memoravi, num. XLIII—L., sequentes normae concordatae sunt: „Parochiae in omni Austriae Imperio non nisi publico indicto concursu conferentur. Tentamina a Vicario Generali et tribus ad minimum examinatoribus synodalibus (seu prosynodalibus), ab Episcopo designandis bis vel semel saltem quovis anno instituantur. Inhabiles judicati tentamen instaurent oportet. Qui bene perfecerint, per *sex annos* ad concurrendum pro beneficiis parochialibus admittentur. Ad examen pro concursu parochiali accessus pateat sacerdotibus cunctis fide moribusque integris, postquam in animarum curam peragendo *per triennium* laboraverint, vel sacramentum poenitentiae dispensandi facultatem *per quinquennium* potiti fuerint. Episcopus viris, qui scientiae vel rerum gerendarum peritiae specimina alio jam modo dederunt, permittere potest, ut examen extra tempus praescriptum, forma tamen debita, subeant. Cetera, quae praevium hoc scientiae tentamen attinent, concilia provincialia ordinabunt. Concursu facto examinatores synodales non pauciores tribus ab Episcopo designandi Vicario generali praeside judicabunt, quinam competitores idonei sint. Episcopo integrum erit, eos, quos examinatores idoneos renunciaverint, propter conversationis sacerdotalis defectum reprobare, vel competitores in ipso concursu novo scientiae tentamini subjicere, si quidem ita conveniens censuerit. Inter idoneos Episcopus digniorem seliget, quem ad beneficium promoveat vel patrono commendet." Hae normae a conciliis provincialibus receptae et magis declaratae sunt. Patronus ecclesiasticus, Imperator („terrae princeps"), Gubernium (si fundus relig. vel studior. patronus est) *unum e tribus* ab Episcopo in tabella concurrentium *primo positis* praesentare debet. Quodsi Imperator aut fundus rel. vel stud. patronus sit omnino is, qui primo loco positus est, ab Episcopo instituitur, nisi Gubernium ob causam politicam eum reprobaverit. Patronus (laicus) pri-

vatus aliquempiam e sacerdotibus in tabella receptis praesentare potest. Vide amplius de hac re: Schulte Manuale juris ecclesiastici. Gissae 1863. §. 74.

4. Uti ex tabula II. in appendice posita apparet tantus ubique adest patronorum, imprimis privatorum, numerus, ut Episcopi, paucis casibus imprimis patronatus realis exceptis, re vera minimam in beneficiis providendo vim exercere possint. Nam difficillimum esse, ullum prorsus „inhabilem" declarare tanto magis apparet, quanto certius est, examen, de quo agitur, fere nusquam rigorosius esse. Ita fit, ut persaepe sacerdotes, qui curam exercent in parochia patroni, qui unam tantum aut paucas habet ecclesias ipsius patronatui subjectas, usque ad a. 50^{mum} capellani munere fungantur, alii ante 30^{mum} vitae annum parochi fiant. Hinc sacerdotum penuria! Cujus alia est causa merces profecto misera capellanorum et tot parochorum, labor vero ingens nullo modo congruens neque salario neque conditioni externae.

5. *Fructus* omnium *beneficiorum parochialium intercalares,* deductis administrationis et iis expensis, quae ad aedes reficiendas aliave similia faciendae sunt neque ab heredibus civilibus praestari debent, in fundum relig. convertuntur. Fructus intercalares praebendarum capitularium, quae e massa communi percipiuntur, reliquorum e massa participantium praebendas augent; sin praebendae e massa separata dentur aut e fundo religionis, huic fundo addicuntur.

§. 6.

De Episcopis.

1. Episcopi dioecesani *ab Imperatore* (qui ex art. XIX. Concord. „Antistitum imprimis comprovincialium *consilio* utetur") *nominantur,* exceptis 1) episc. *Secoviensi,* 2) *Lavantino,* quos Archiep. Salisburgensis nominat, confirmat, consecrat, 3) *Gurcensi,* quem duobus vicibus Imperator archiep. Salisburgensi praesentat, tertia vice archiep. Salisb. nominat, 4) archiep. Salisb. et 5) archiep. Olomucensi, quem utrumque Capitula canonice eligunt.

2. *Mensa episcopalis* diversissima est. *Congrua* Episcoporum ex lege civili censetur 12.600 fl. m. a. archiepiscoporum 18.9000 fl. Qui plus habent, $7^1/_2$ procent. redituum, quos confessi sunt, ad fundum relig. solvere tenentur.

3. *Taxa camerae* aut fixa est aut quovis casu definitur, quodsi compares dioeceses Germaniae reliquas, minor esse videtur pro austriacis.

4. Episcopi singulae terrae hereditariae, ubi dioecesis sita est, vi constitutionis *statuum* membra sunt *cum voto virili.* Exceptio in tantum adest, quod archiep. Olomucensis tantum in diaeta Moraviae, non Silesiae, jus sedendi habet, dum archiep. Salisburgensis tam in Salisb. quam in Tyrolensi sedet. Qui Episcopi *Principis* titulo gaudent *(Wratislaviensis, Brixin., Trident., Secov., Lavant., Gurc., Labacens.)* et omnes Archiepiscopi ex legis fundamentalis litt. patent. 26. Febr. 1861 publicatae §. 4. in „Domo Dominorum" (Herrenhaus), quod

est primum Austriae repraesentantium corpus, sessionem et votum habent. Ceterum omnes 4 Archiepiscopi, quorum provinciae in hoc libro describuntur, *Principis* titulum habent.

4. Episcopi in omnibus, quae recensentur, dioecesibus in *Religiosos* iis fruuntur juribus, quae jus commune aut *ordinaria* aut vi delegationis (ex *Conc. Trid.)* iis attribuit. *Religiosae* ubique jurisdictioni Episcoporum ordinariae subjacent.

§. 7.

De administratione.

1. *Vicarii foranei* s. *Decani* s. *Vicarii districtuum* ab Episcopis nominantur libere, nulla praevia parochorum electione vel commendatione, e parochis decanatuum. Hi decani ubique a republica ut *„Inspectores scholarum district.“* confirmantur. Quare, si gubernium parochum ut inspectorem approbare deneget, Episcopus aut alium nominet aut controversia a ministerio decidatur oportet. Liberum est episcopis, eos destituere. Ubique mos viget, quod iis titulus „Consiliariorum consistorii“, „Consil. eccles.“ tribuitur. *Capitula ruralia* nusquam existunt, neque *„fundi decanatuum“;* impensae (pro victu et vectura) iis praestandae sunt a parochis, quos installant, visitant, aut a partibus (in causis judicialibus). Eorum est: 1) quotannis visitare ecclesiam, aedificia benef., scholas elementares, 2) matricarum revisio, 3) rationum de bonis ecclesiae administratis revisio, 4) referre de statu cujusque beneficii cet. ad Ordinarium, 5) in fere omnibus dioecesibus fungi commissariorum munere in causis matrimonialibus, aliis ecclesiasticis ad forum judiciale pertinentibus, 6) concursum indicere et tabulam conficere pro scholis element. vacantibus, 7) decreta Ordinarii necnon magistratuum clericis communicare, relationes clericorum omnesque alias literas ad illos dirigere cet. *Colloquia* („Capitelsconferenzen“) *clericorum* decanat. in aliquot dioecesibus introducta sunt. In iis themata in scriptis exarata recensentur aliaque pro vita pastorali necessaria et utilia discutiuntur.

2. Superiora officia *Vicariatus generalis, Ordinariatus* ab Episcopis libere componuntur, maximum ex Canonicis eccl. cathedr. Impensae plerumque ab Episcopis sunt faciendae; in aliquot dioecesibus e fundo relig. pro parte praestantur; ubique etiam certae *taxae* existunt *cancellariae* (pro investitura, collatione canonicatus cet.) et *dispensationum.* Consiliarii de regula munus mere honorificum habent.

Eodem modo impensae pro *Tribunali matrimoniali* ab ipsis Episcopis sunt faciendae, quum *taxae* lege civili concessae minores sint, quibus *resarciantur.*

Tribunale pro causis clericorum disciplinaribus et *criminalibus* (eccl.) in paucis tantum dioecesibus institutum est. Hae causae plerumque *„administrative“* finiuntur.

3. *Episcopi auxiliares* in part. inf. in aliquot tantum archidioecesibus: *Prag., Olomuc., Vienn., Salisb.*, institui consuetudo est, quamvis profecto aliae dioeceses, praesertim bohemicae, et satis amplae sint, ut Episcopus a Suffraganeo adjuvetur, et dotatio e fundo relig. optime praestari possit.

§. 8.

De tributis eccles. et civilibus.

1. In Austria unum tantum viget *tributum eccles., alumnaticum* scilicet, pro seminario cleric. Legibus est praescriptum, ut parochus, cujus dotatio 420 fl. m. a. non superet, 1 fl. $57\frac{1}{2}$ kr., localista et benef. simplex 1 fl. 5 kr., parochi aliique, quorum reditus a 420 usque ad 1050 fl. est, $\frac{1}{2}$ $\%$, qui supra 1050 fl. habent, 1 $\%$ reditus solvant. Quantum sit, apud paucas dioeceses notare possum. — Quae praeter alumnaticum solvuntur, naturam donationis vel eleemosynae habent.

2. *Tributa publica* omnis generis tam a beneficiatis quam a bonis ecclesiasticis (fabricae) solvenda sunt et quidem: a. *vectigal agro impositum,* b. *vectigal habitationum* mercedibus impositum, c. *tributum* quotannis *ex censu conferendum,* d. *tributum quaestui* varii generis, fabricationi similibusque impositum, uti et tributa pro signo reipublicae (Stempel), indirecta. Singulare, quod beneficiati et bona ecclesiastica solvunt, tributum est, *loco tributi* ab *heredibus solvendi* („Gebühren-Aequivalent“) repartitum ad singula decennia, cujus decimae partes quotannis conferendae sunt. Hoc tributum a) pro *rebus immobilibus* fundationum, beneficiorum, ecclesiarum, communitatum ecclesiasticarum [ut et saecularium, collegiorum, institutorum, corporationum et societatum], quarum socii condominium bonorum communium non habent, est *pretii communis centesimae ternae* (3 $\%$), b) pro eorundem *rebus mobilibus* pretii communis *centesimae et dimidiae* ($1\frac{1}{2}$ $\%$). Liberae sunt: *res mobiles cultui* inservientes, ecclesiae (oratoria, capellae). Liberi sunt ad personam: possessores beneficiorum, quorum reditus purus summam annuam 315 fl. m. a. non superat. Quodsi fundus congruam suppleat, ab eo res ejusdem pretii (Aequivalent) est solvenda. Pretium bonorum immobilium singulis decenniis elapsis exploratur secundum reditum maximum minimumque, quem corpus, communitas, usufructuarius, administrator fateri debet, nullo habitu respectu juris tituli, quo res possidetur et terrae austriacae, ubi sita est, primo trimestri anni postremi decennium sequens praecedentis. Ad solvendum hoc tributum obligati sunt bonorum reditus et qui jus utendi fruendi habent pro tempore, quo possederunt. Quod ad rationem tributorum publicorum revocatum his additur pro impensis *terrae* (Landes-) *districtus* (Bezirks-) *communitatis* (Gemeinde-Auslagen) tributum ab ecclesia eodum modo est conferendum.

§. 9.
De fundis generalibus.

I. Fundus religionis, *formatus* est [decr. aul. (12. Jan.) 28. Febr. 1782, 7. Jan. 1783, 18. Oct. 1792 cet.] e bonis monasteriorum, confraternitatum, canonicatuum, beneficiorum simplicium, feudorum eccles. ab Imperatore Josepho II. et postea suppressorum neque fini speciali dedicatorum, in dies *augetur* a) fructibus intercalaribus supra §. 5. num. 5.; 6) tributo episcoporum auxiliari, supra §. 6. num. 2.; c) eodem tributo solvendo a monasteriis (abbatiis) ita, ut singulis decenniis redituum et expensarum index faciendus sit et dodrans ejus partis, qua reditus expensas superat, illi fundo tribuatur; d) specialibus reditibus (ut in Bohemia vi pacti inter Imp. Ferdinandum III. et P. Urbanum VIII. a. 1630 a quovis sacco salis $7^1/_2$ kr. mon. vienn.; a. 1863 hoc titulo 19.719 fl. m. a. fundus percepit). Anno 1863 tributa sub b. et c. erant: 1) pro fundo *Austriae infer:* ab archiep. Vienn. 873, ep. S. Hippol. 472, monast. Barnab. 860, Minorit. 163, Dominic. 756, ab octo abbatiis 16.044 in summa 19.168 fl. 2) *Austr. super.* a capit. Linc. et 6 abbat. 10.999. 3) *Bohemiae,* archiep. Prag. 2.670, Dominic. et Johannit. 223, praepos. capit. Metrop. 2100, 3 abb. et aliis monast. 8862 fl. 4) *Morav.* archiep. 2.743, episc. Brunn. 672, a monast. 2.280 fl. 5) *Siles.* episc. Wratisl. 617 fl. 6) *Salisb.* a monast. 315 fl. 7) *Tyrol.* et *Vorarlberg.* a 2 abbat. 7.225 fl. 8) *Stiriae,* ep. Secov. 416 fl., a 5 mon. et abb. 735 fl., 9) *Carinthiae* episc. Gurc. 610 fl. 10) *Carniolae,* episc. Labac. 527 fl.

Fundi singularum terrarum a Gubernio (Statthalterei, Landesstelle) separati administrantur (vide Concord. art. XXXI. XXXII.); *„budget“* episcopis ad monendum communicatur. Quae, deductis expensis, quotannis supersunt, 1) conferuntur ad restituendas summas, quas respublica fundis ipsis mutuo dedit. Omnes fundi, etiam ditissimi adhuc debitores reipublicae sunt. Id inde venit, ut ex a. 1841 usurae syngrapharum publicarum (lege patent. financ. a. 1811 reductarum et paulatim pro serie quotannis sorti subjectarum) *plenae* solverentur *in antecessum.* Hoc debitum tanto minus brevi tempore restitui poterit, quod necessitates sunt auctae. Ad illas usuras in antecessum datas accedunt impensae pro administratione debitae; — 2) si debita persoluta sint, ad supplendos defectus aliorum. Qui fundi, si omittas debita, quae memoravi, sufficiant, suo loco dicetur. Fundos ipsos in ecclesiae esse dominio certo certius est et concordati articulo XXXI. exprimitur.

E fundis suppeditantur: 1) tituli ordinat., 2) pensiones emeritor., demeritor. clericorum, 3) adjuvantur monasteria mendicantium, congregationes feminarum rei scholasticae cet. deditarum, 4) novae parochiae (ecclesiae) eriguntur. reparantur, dotantur parochi, 5) capellanorum mercedes, 6) pro seminario cleric., facultatibus theol., institutis theol. necessaria, — paucis verbis omnes impensae ecclesiasticae, ad quas faciendas neque certus fundus, bona propria,

neque certa persona obligata est. Praeterea onera, quae ipsius fundi bonis imminent, exempli gratia onera juris patronatus cet., portanda sunt.

II. *Fundus studiorum, formatus* [resol. Imp. Mariae Theresiae 23. Dec. 1774] e bonis collegiorum Societatis Jesu a Clem. P. XIV. suppressae et aliis postea ei incorporatis bonis, *destinatus* fuit ad sustentandas vel adjuvandas universitates et gymnasia. In tantum quoque complures sufficiunt. Postea vero et scholarum realium, polytechnicarum cet. impensae iis fundis assignatae sunt, ita ut, excepto fundo Austriae super., nullns „sufficiat", sed ubique aerarium supplere debeat, quae desunt. De *dominio* idem dicendum est, quod de fundo relig., si ea bona respicias, quae, quum fundo incorporata sint, in ecclesiae dominio erant. Fundus administrantur a Gubernio. Vide concordati artic. XXXI.

Utriusque fundi dispositio, id quod ex eorum statu et debitis facile apparet, post annum 1861 etiam a „Consilii Imperii" (Reichsrath) resolutionibus pendet.

§. 10.

Bonorum ecclesiasticorum administratio.

Vi articuli XXX. Concordati austr. et resolutionis supremae diei 3. Octob. 1858 decreta ab Episcopis a. 1856 Viennae commorantibus [contenta in actis hujus conventus num. LXI. et in litteris ad Minist. Cultus 16. Jun. 1856 datis] facta auctoritate civili confirmantis bonorum ecclesiasticorum (ecclesiarum paroch., filiarum, aliarum fabricae cet.) administratio ubique *parochis* tradenda erat. Statutis provincialibus et dioecesanis parochis certus magistrorum fabricae e parochianis eligendorum et ab Ordinario confirmandorum numerus adjungitur. Haec administrandi forma in dioecesibus, quae describentur, viget, *exceptis quatuor provinciae Pragensis.* Pro quibus quum anno demum 1861 vertente Episcoporum ordinationibus Patroni bona tradere parochis jussi sint, magnus Patronorum numerus in „Domo Dominorum" interpellationem fecerunt, qua factum est, ut Ministerium non modo patronos ullo modo ad tradendum cogere sed directe episcopos adjuvare recusaverit. Unde evenit, ut usque ad hoc momentum aqud paucas tantum ecclesias administratio canonica vigeat, apud plerasque vero bona, ut antea, administrentur a patrono laico, parocho non interveniente, inspiciente tantum Decano, Consistorio et Gubernio. — Bona mensae episcopalis ab Episcopis, capitulorum, corporationum et communitatum ab his ipsis administrantur.

§. 11.

De scholis mediis et elementaribus.

1. Quot gymnasia et scholae reales ab Ordinibus regularibus regantur, e tabulis §. 15. 16. positis apparet. Quarum scholarum, si ut publicae a republica

agnoscuntur et testimonia pro foro civili valida dant, magistros Ministerium nominat ex iis, quos Superior regularis proponit. His jus est eos ad monasterium revocandi. Merces in paucis ab aerario datur, pleraeque a solo ordine sustentantur. Episcopus missionem religionem docendi confert.

2. Gymnasia laicalia sub sola directione (resp. Gubernii) Ministerii sunt, Episcopis restat jus designandi catechetam et ordinandi *Commissarium,* qui omnes lectiones inspicere potest, ne quid dogmati et moribus catholicis contrarium doceatur, libros denique praescribendi pro religionis doctrina. Sed quoad hos libros episcoporum consilia communia intervenire debent.

3. Catholici juvenes ea tantum gymnasia et scholas reales frequentare debent, quae magistros habent catholicos.

4. Ad has scholas inspiciendas nominantur a Ministerio „Consiliarii scholarum."

5. *Scholae elementares* sunt a) normales, b. capitales (puerorum et puellarum, aut unius generis) c) capitales et reales inferiores, d) capitales parochiales, e) triviales.

6. Magistri aut a) magistri (magistrae) veri, aut b) soli cooperatores vel c) submagistri sunt.

7. Scholae elementares aut a) e fundo generali (Normalschulfond), aut b) a communitate, aut c) a patrono et communitate sustentantur.

8. Usque ad a. 1864 parochiae patronus ex lege erat scholae patronus. Legibus provincialibus generaliter ubique jus patronatus scholasticum solo legis titulo fundatum est abolitum. Ubi aliis titulis nititur, viget.

Pro schola vacante triviali intra *districtum scholarem* (decanatum) Concursus indicitur. Tabula concurrentium dignorum a decano traditur patrono vel communitati. Quem hic praesentavit, ei, si agatur de magistro inferiore vel cooperatore, ab ipso *decano,* si agatur de vero magistro (scholae parochialis sive filialis) ab Ordinario (Consistorio), magistri decretum datur. Ceterum patronus praesentationem directam dare potest, qua munitus candidatus se consistorio praesentet.

Ad *„scholam capitalem paroch."* patronus praesentat, Gubernium praesentationem „ad cognitionem confirmatoriam" recipit, Consistorium decretum confert. Directores hujus scholae pro regula sunt parochus cum uno e magistris.

Pro scholis vero *capitalibus* patronus et consistorium praesentant voti modo. Gubernium munus confert et decretum expedit. Idem est de Directore.

In scholis elementaribus de lege parochus religionem tradit, cujus lectiones magistri repetunt. Quum vero persaepe propter magnum scholarum filialium numerum hoc fieri non possit, parocho approbante, magistri laici religionem tradunt.

Apud scholas capitales proprius est catecheta, quem Ordinarius instituit.

Inspectio scholarum trivialium et parochialium capit. fit per parochos, quibus additi sunt de regula inspectores laici a communitate electi. Supra

parochum duplex visitatio geritur per decanum et consiliarium scholasticum civilem. Suprema inspectio ecclesiastica fit per *„Inspectores scholarum dioecesanos“*, quos (art. VIII. Concord.) Imperator „ex viris ab Antistite dioecesano propositis nominat.“ Ad hoc munus ubique assumuntur Canonici capit. cathedr., imprimis Canonici scholastici.

Depositio magistrorum, nullo habito respectu casus, quo criminis damnati eo ipso officio privantur, decernitur a Gubernio, audito patrono et Ordinario.

9. Consistoria (Ordinarii) fere nunquam magistros directe et sine ullius personae interventu ordinant, quum aut patronus aut communitas proponendi magistros jure fruatur.

§. 12.

De Acatholicis.

1. Post. a. 1849 nusquam acatholici parochorum catholicorum jurisdictioni sunt subjecti.

2. Iisdem conditionibus expletis acatholicis liberum est, scholas erigere, atque catholicis. Quae scholae a Superioribus acath. et Gubernio diriguntur.

3. Acatholici nusquam obligantur ad ferenda onera pro necessitatibus ecclesiasticis cath. suppeditanda.

4. Nulla episcoporum catholicorum in acatholicos jurisdictio exerceri potest. Lege civili statutum est, ut causas matrimoniales matrimoniorum mixtorum tribunalia ecclesiae cath. tractent praeter certos casus in lege expressos.

5. Registra status civilis ubique a pastoribus sive parochis acatholicis eodem modo eademque virtute ut a catholicis conscribuntur, cum modo parochia a Gubernio sit confirmata.

§. 13.

Tabula I.

Nati sunt anno 1862 in Austria, et quidem.

in terra	Vivi		Mortui		Summa	
	Legitimi	Illegitimi	Legit.	Illegit.	Legit.	Illegit.
Austria inferior . . .	46.533	18.267	1.503	843	48.036	19.110
„ superior . . .	17.180	4.273	418	159	17.598	4.432
Salisburg. ducatus . .	3.171	1.260	67	30	3.238	1.290
Stiria	24.033	9.147	470	304	24.503	9.451
Carinthia	5.694	4.009	74	77	5.768	4.086
Carniola	12.315	1.464	202	55	12.517	1.519
Tergest. Gorit. Grad. .	18.761	1.789	410	100	19.171	1.889
Tyrol. et Vorarlberg. .	23,838	1.432	246	37	24.084	1.469
Bohemia	158.023	26.873	3.666	1.001	161.689	27.874
Moravia	62.150	9.032	1.059	318	63.209	9.350
Silesia	15.727	2.142	353	61	16.080	2.203
					395.893	82.673

§. 14.

Tabula II.

Propter Crimina) condemnati sunt anno 1862.*

in Terra	Numerus totalis	Catholici.	Acatholici	Judaei	Numerus incolarum **) catholic.	acathol.	judaeor.	Est igitur *unus* Damnatus inter *catholicos* ad	inter *Acathol.* ad	inter *Jud.* ad
Austria infer. . .	2.720	2.593	44	83	1,350.847	11.853	6.999	517	269	84
Austria sup. . .	728	714	13	1	673.405	14.885	4	943	1145	4
Salzburg.	223	221	2	„	140.132	65	„	634	32	„
Stiria	1.344	1.329	12	3	1,004.923	5.147	6	771	429	2
Carinthia	330	319	11	„	307.645	16.680	„	964	1516	„
Carniola	535	534	1	„	467.046	395	„	874	395	„
Terg. Gor. Grad.	619	614	5	„	502.880	1.338	3.713	819	267	„
Tyrol. Vorarlb.	707	703	2	2	864.889	116	548	1230	58	274
Bohemia	3.535	3.430	53	49	4.601.353	91.001	86.339	1341	1717	1762
Moravia	2.006	1.932	44	30	1.784.616	51.884	41.529	923	1179	1384
Silesia	475	411	57	7	396.847	61.924	3.280	965	1086	469

Notationes.

Apparet: 1) ex solis numeris rectam conclusionem fieri non posse. Nam in 6 terris ex 11., si solos numeros consideraveris, catholici minus criminum committunt, quam acatholici vel judaei; 2) res, a quibus major vel minor criminosorum numerus, si confessionem intuearis, pendeat, in conditione terrae, rebus diversissimis, quae maxima ex parte judicio stricto se subtrahant, pendere; 3) si consideraveris, acatholicos et judaeos in omnibus his terris *primo* sparsim vivere et *secundo* generaliter melioribus opibus frui, quam maximam Catholicorum partem, *tertio* in eo esse, ut meliorem institutionem accipiant, quam magna catholicorum multitudo ex hominibus infimae conditionis existens, librae lancem Catholicorum propendere; 4) Tyrolensem et Bohemiam optimam praebere conditionem, Austriam inferiorem pessimam.

*) Damnatos propter *delicta* et *contraventiones* omitto.

**) Ne quid excipi possit, numerus ponitur, quem habet numeratio officiosa anni 1857.

§. 15.

Tabula III. exhibens

Gymnasia superiora et inferiora catholica.

Nomen Dioecesium et numerus Gymnasiorum	Magistri: Directores: sacerdotes vel cler.	Magistri: Directores: laici	Magistri: Mag. ordinarii: clerici	Magistri: Mag. ordinarii: laici	Magistri: Mag. suppl.: clerici	Magistri: Mag. suppl.: laici	Discipuli: a. religio: catholici	Discipuli: a. religio: acathol.	Discipuli: a. religio: judaei	Discipuli: b. lingua: Germanica	Discipuli: b. lingua: Slavica	Discipuli: b. lingua: Ungarica	Discipuli: b. lingua: Italica	Discipuli: b. lingua: alia
1. Brixin.														
a) Innsbruck caes. reg. sup.	1	—	6	7	0	2	393	„	„	387	„	„	6	„
b) *Brixen* (August.) . . .	1	„	6	„	5	„	226	„	„	195	„	„	31	„
c) *Feldkirch* (Jesuit.) . .	1	„	12	„	6	„	328	„	1	309	„	„	17	3
d) *Hall* (Francisc.) gym. infer.	1	„	5	„	4	„	165	„	„	165	„	„	„	„
2. Brunnensis.														
Gym. sup. c. r.	1	3	18	29	„	10	1395	6	219	960	660	„	„	„
3. Budwicensis.														
2 caes. reg., 1 Bened., 1 Piar. gym. sup. . .	3	1	14	20	5	11	1634	1	59	352	1342	„	„	„
4. Goritiensis.														
c. r.	„	1	4	8	„	4	373	„	9	48	204	„	130	„
5. Gurcensis.														
1 gym. super., 1 infer. Benedictinorum	1	1	20	„	1	1	412	1	„	309	102	„	2	„
6. Labacensis.														
1 c. r. sup., 1 infer., 1 sup. Franciscanor. .	1	2	10	17	5	3	1015	„	„	70	943	„	2	„
7. Lavantina.														
2 c. r. sup.	„	2	6	17	1	6	627	1	„	174	553	„	1	„
8. Litomericens,														
(5 gym. super., 1 c. r., 1 August., 1 Cisterc., 1 Piar., 1 Prämonstr.	4	1	29	10	4	12	1119	3	109	1023	208	„	„	„
1 Piar. infer.)	1	„	2	„	3	„	159	3	15	15	162	„	„	„
9. Lincensis.														
1 c. r., 1 Jesuit., 1 Bened. sup.	2	1	32	4	3	3	878	8	1	880	6	„	1	„

Nomen Dioecesium et numerus Gymnasior.	Magistri						Discipuli							
	Directores		Mag. ordinarii		Mag. suppl.		a. religio			b. lingua				
	sacerdotes vel cler.	laici	clerici	laici	clerici	laici	catholici	acathol.	judaei	Germanica	Slavica	Ungarica	Italica	alia
10. Olomuc. 2 c. r. sup., 1 Piar. sup., 3 infer.	4	2	20	33	2	8	1993	2	87	1024	1057	„	„	1
11. St. Pölten. 1 Bened. sup., 1 infer. — 1 Piar. sup., 1 inferius	4	„	28	„	10	„	722	„	10	730	„	2	„	„
12. Pragensis, 3 c. r., 1 Praem., 1 Piar. sup., 2 Piar. inf. . . .	5	2	29	29	5	20	2232	23	259	1011	1493	1	2	„
13. Reginaehrad. 2 c. r., 1 Bened. inf., 1 Präm. inf., 1 Piar. sup., 1 infer.	4	2	11	26	5	7	1559	13	42	248	1365	„	„	„
14. Salisburg. 1 c. r. sup.	„	1	5	9	„	„	380	2	„	380	„	„	2	„
15. Secoviens. 1 c. r. sup.	1	„	8	5	„	3	688	4	„	658	25	2	7	„
16. Trident. 2 c. r., 1 Bened., 1 Franc.	4	„	22	5	5	4	989	„	1	464	„	„	526	„
17. Tergest. 1 c. r., 1 infer. priv. Mechitar.	1	1	4	10	1	5	215	9	61	62	37	„	177	„
18. Viennensis. 2 c. r., 1 Bened., 1 Cisterc., 1 Piarist. . . .	3	2	40	22	7	5	1917	65	242	1998	139	58	23	6
19. Wratislav. 1 c. r.	1	0	3	8	„	2	261	„	15	100	176	„	„	„

Unicum Gymnasium *evangel.* confess. august. est *Teschen.* in Silesia caes. reg., quod 1 dir., 12 mag., 203 discip. acath., 23 jud. habet, e quib 56 germ., 170 slavic. linguae.

§. 16.

T a b u l a IV. exhibens

Scholas reales superiores et inferiores.

	Magistri		Discipuli						
	clerici	laici	cathol.	acathol.	jud.	germ.	slavici	ital.	aliae linguae
Brixin. 1 caes. reg. sup., 1 communalis inferior	6	6	192	2	„	172	4	17	1
Brunnens. 1 c. r. sup., 2 infer. communales	5	30	946	26	215	763	426	„	„
Budwic. 1 c. r. sup.	1	15	353	„	9	19	343	„	„
Gorit. 1 c. r. super.	2	12	218	5	8	26	64	141	„
Gurcens. 1 c. r. super.	1	15	225	7	„	177	49	6	„
Labac. 1 c. r. inf.	2	7	146	4	„	48	92	10	„
Lavant. 0.									
Litomeric. 1 com. sup. (Praemonstrat.)	7	7	356	2	15	308	65	„	„
Lincensis 1 caes. reg. sup. . .	1	17	254	9	14	239	36	1	1
Olomuc. 1 c. r. sup., 2 comm. inf.	3	28	532	1	65	310	280	„	8
(in Silesia), 1 c. r sup. . . .	1	25	438	10	42	377	113	„	„
St. Pölten 0.									
Pragensis 2 c. r., 2 comm. (1 Praemonstr.) sup.	12	61	1422	51	133	577	1028	„	„
Reginaehrad. 1 comm. sup. . .	1	13	354	18	8	11	369	„	„
Salisburg. 1 c. r. inf.	1	8	134	3	„	137	„	„	„
Secov. 1 sup. statuum terrae, 1 comm. inf.	3	26	382	23	„	366	24	10	5
Trident. 1 c. r. inf.	2	6	55	„	„	6	„	49	„
Tergest. 1 comm. inf.	3	7	150	„	16	13	13	140	„
Viennens. 2 c. r., 1 comm., 1 priv. sup.; 2 comm. inf. . .	8	93	1594	63	114	1503	172	18	78
Wratislaviensis 0.									

§. 17.

Tabula V. exhibens

Scholas elementares.

I. Scholae. — II. Discipuli.

	Catholicae								Acatholicae						Obligati ad schol. frequent.		frequentantes		Schol. repetitionis		
	Scholae				Magistri				Scholae			Magistri							numerus	frequentantes	
	principales	triviales	puellarum	Summa	a. Catechetae	b. Magistri Magistrae	c. Socii	Summa b. c.	princ.	triv.	puell.	catech.	Mag. et Magistrae	Socii	pueri	puellae	pueri	puellae		pueri	puellae
Austria inferior	71	1.043	39	1.153	784	1.218	972	2.190	1	6	1	6	20	5	95.446	92.679	95.069	90.639	1.166	41.470	23.550
Austria superior	8	460	6	474	296	497	324	821	„	19	„	12	19	5	38.189	38.200	37.727	37.876	466	16.734	15.678
Salzburg	3	142	19	164	91	179	48	227	„	„	„	„	„	„	6.826	7.007	6.923	7.964	141	3.099	2.869
Stiria	18	668	6	692	475	851	301	1.152	1	5	„	5	8	1	57.418	55.239	51.153	46.727	616	18.804	14.617
Carinthia	5	293	5	303	86	271	42	313	„	34	„	15	32	„	16.106	15.719	12.620	13.010	296	5.185	4.290
Carniola	12	215	4	231	140	222	50	272	„	1	„	1	2	„	26.412	26.573	15.270	13.852	207	7.491	8.508
Terg. Gorit. Grad.	19	252	54	325	197	395	99	494	2	2	1	6	21	2	32.350	30.608	16.295	10.982	240	5.089	3.838
Tyrol. et Vorarlb.	17	1.480	421	1.918	1.331	2.014	707	2.721	„	1	„	1	2	„	53.586	52.368	55.798	54.021	1.629	23.084	24.933
Bohemia	102	3.589	70	3.761	1.224	3.402	2.585	5.987	2	101	1	15	110	33	323.733	311.692	314.873	297.564	3.759	123.105	107.485
Moravia	37	1.606	21	1.664	482	1.604	792	2.396	2	58	2	57	80	27	128.407	125.262	128.078	123.177	1.689	62.654	59.722
* Silesia	8	353	8	369	192	371	189	560	3	55	1	7	67	1	30.303	29.282	29.345	27.923	356	13.151	12.171

Scholae judaicae.

Terg. Gorit. Grad. 3; Tyrol. et Vorarlb. 1; Bohemia 37; Moravia 36; Silesia 1. i. s. 79.

III. Lingua scholarum.

in terra hereditaria	germanicae	slavicae	italianae	mixtae
Austria inferior . .	1.154	3	0	4
„ superior .	493	0	0	0
Salisb.	164	0	0	0
Stiria	477	41	0	180
Carinthia	250	23	0	64
Carniola	19	123	0	90
Terg. Gorit. Grad.	123	42	30	135
Tyrol. Vorarlb. . .	1.055	0	848	16
Bohemia	1.705	2.018	0	142
Moravia	510	1.129	0	88
Silesia	216	102	0	109
	6.166	3.481	878	828

Provinciae et Dioeceses.

I. Provincia Bohemiae sive Pragensis.

§. 18.

Generales notitiae.

I. Continet regnum Bohemiae, 943.7 mil. □, et comitatum borussicum *Glatz* in Silesia borussica situm.

Incolae in Bohemia: cath, 4,947.686; acath. 96.652; jud. 83.253, *in summa* 5,127.590.

(secundum *„catalogos“* ab ipsis Curiis episcopalibus a. 1865 editos.)

Clerus a. 1865: sac. saec. 3.402 — s. reg. 837; — in summa 4.239.

Regulares: masc. 1.200 — fem. 544 universim 1.744.

Addito comitatu Glacensi habet: *incolas* cath. 5.103.039 — acath. 100.712 — jud. 83.542.

Clerum: s. s. 3.512 r. 837, i. s. 4.349; reg. m. 1.200 — f. 583. univ. 1.783.

II. *Instituta provinciae communia:* 1. *Fundus religionis bohemicus,* cujus redditus secundum *Budget* a. 1863 sunt: 967.868 fl. mon. austr. Deductis expensis supersunt 27.985 fl., qui aerario publico traduntur (sed videas supra §. 9). 2. *Fundus studiorum* (vide supra § 9), cujus redditus sunt 252. 560 fl., deficiunt 195.209, qui ex aerario solvuntur. Ex aerario publico *ecclesia* hujus provinciae ne unum quidem denarium accipit. 3. *Domus corrigendorum,* quae Pragae ad S. Georgium est (ex fundo rel. 3.498 fl.).

III. *Beneficia.* A. in Bohėmia: 1791 paroch., 140 alia. B. in summa 1839 paroch., 150 alia; summa totalis 1979.

IV. Pro *sacerdotibus deficientibus* secundum Budget a. 1863 solvuntur *ex fundo rel.* quotannis 98,000 fl. m. a.

pro *congruis supplendis*, cooperatoribus, parochiis in bonis immobilibus non dotatis similibusque ex eodem 75.800 fl.
pro *conventibus mendicantium* ex eodem 45.960 fl.
pro *aliis conventibus* et monasteriis ex eodem 21.397 fl.
pro *ecclesiis* et *domibus parochorum aedificandis* et reparandis ex eodem 50,000 fl.
V. *Suffraganeum* habet solus Archiepiscopus.

§. 19.

A. *Archidioecesis Pragensis.*

Erecta a duce Boleslao II. et Ioanne P. XIII. circa a. 971 sedi *Moguntinae* subjecta fuit usque ad 3. Mart. 1344, quo Clemens P. VI. eam in metropolim promovit. Ab a. 1421 ad 1560 praesulem non habuit. Bulla Pii VII. dat. IV. Id. Mart. 1807 districtum *Egrae* a dioecesi Ratisbon. avelli et Pragensi incorporari jussum est. Habuit 27 episcopos, 27 archiep. 28vus est Archiepiscopus et Metropolita: *Fridericus, Princeps de Schwarzenberg*, S. R. E. Tit. S. Augustini Presb. Cardinalis. Sedis Apost. *Legatus natus* per regnum Boh., Bambergensem, Misnensem et Ratisbonensem dioeceses, Princeps S. R. J. (titularis ex a. 1603), regni Bohemiae *Primas, universitatis Pragensis Cancellarius perpetuus.* (natus Viennae 6. Apr. 1809, ord. 25. Jul. 1833, consecr. in Archiep. Salisburg. 1. Maji 1836, Card. nom. 24. Jan. 1842, inthroniz. in Sed. Prag. 15. Aug. 1850.)

Mensa: constans ex bonis immobilibus [in summa supra 42.000 jugera habentibus] cum reditu circ. 100.000 fl. mon. austr. *Taxa camerae apost.* circ. 6.000 fl. „Taxa nominationis“ aerario solvenda ultra 50.000 fl.

I. *Situs.* In regno Bohemiae, maximam partem circulorum Egrensis et Pragensis, magnam partem circulorum Boleslav., Pilsnens., deinde partes circul. Czaslav., Litomeric., Pisec., Saatec., Tabor., mil. □ 278 circa. in regno Borussiae continet comitatum Glatz mil. □ circ. 34.

II. *Dividitur* in 37 *Districtus Vicariales* s. *Vicariatus* e quibus in Bohemia sunt Vicar. Generalis et 35 alii, in comitatu Glatz 1. *Vicarii archiep.* eorumque *Secretarii* ex parochis districtus ab Ordinario libere nominantur. Hi vicarii sunt „Consiliarii Consistorii“ titulares et „Commissarii Tribunalis matrimonialis“ ad interrogandos testes cet. fungi solent, per delegationem ab una vel duobus denunciationibus matrimonialibus dispensant.

III. *Status animarum* (1864). In Bohemia: Cathol. 1,438.860. — Acath. a. c. 22.960, h. c. 9589, angl. 16. — Jud. 36.977 i. s. 1,508.402.

In Borussia: Cath. 155.353; Acath. a. c. 4029, h. c. 31., Jud. 290., i. s. 159.703.

Summa Cathol. 1,594.213, omnium incolarum 1,668.105. Matrimoniorum,

baptizatorum, mortuorum numerus Consistorio notus non est, quum parochi „consignationes“ officiis imperialibus tradant, „notitiae statisticae“ vero non secundum parochias sed districtus politicos conscribantur.

Communicantium numerus neque in Catalogo adnotatur neque Consistorio communicatur.

Confirmationis sacramentum quotannis recipiunt circa 20,000.

Matrimonia mixta a. 1861 inita sunt: 141 praevia dispensatione et datis „litteris reversalibus“ (syngraphis) de educandis liberis nascituris in fide catholica, 20 nulla obtenta dispensatione cum „assistentia parochi passiva.“

Matrimonia contracta sunt a. 1861 *praevia dispensatione ab imped. dirim.* consang. in gr. 3. attingente 2. ex facult. quinquenn. 39, ab imp. cons. gr. 2. et affin. gr. 2., affin. 1. gr. lineae collat. aequalis et inaequ. in summa 116; affin. inhonestae notoriae 1. et 2. gr. ex facult. 15. — Dispensationes ab imp. gr. 3. et 4. cons. vel affin. speciatim non adnotantur.

IV. *Status Cleri.* a. *Institutio.* Adest 1) *Seminarium puerorum* Pragae, quod habuit fine anni schol. 1864 alumnos 59, gymnasium publicum frequentantes; expensae a. 1864 flor. 8.608, bonorum summa erat circ. 145.000 fl. — 2) *Seminarium Clericorum* Pragae, quod habet 1 Directorem, 2 Vice-Dir., 1 Spiritualem, 123 alumnos, qui collegia facultatis theol. audiunt. Per quatuor annos ibi degunt. Extra seminarium raro theologiae studiosus vivit. Praeterea clerici regulares (10) aut in seminario aut in conventibus degunt: Redditus Seminarii (ex bonis propriis et fundo religionis) sunt circa 60,000 fl. m. a.

b. *Titulus ordinationis* usitatus est, qui vocatur „fundi religionis“, rarissime alius occurrit.

c. *Cura emeritorum, demeritorum, quiescentium.* Nisi pensio in resignando beneficio sacerdoti debili cet. reservari potest, deficientes ex fundo relig. aluntur. Vide supra §. 9.

d. *Status:* in Bohemia: s. s. 1.018, r. 465, i. s. 1.483 in Borussia: s. s. 110, reg. 0; — summa totalis 1593, sacerdotes curam animarum gerentes 1052. A. 1864 ordinati sunt 31 saec. 8 regul. mortui 37. — Emeriti, pensionati; deficientes 73; jubilati (50^{mum} sacerd. annum perfic.) 45; extra dioecesim morantur 42; sac. extranei in archid. commorantur 72.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1) *Ord. Equit. Johannit. (Pragae)* 1 dom. cum 30 sac., cler. prof. 5, non prof. 1, novit. 3, i. s. 39.

2) *Ord. mil. Cruc. c. r. st. (Pragae,* cum multis parochiis, commend. et resid.). Sac. 77, cler. p. 6, nov. 2, i. s. 85.

3) *Praemonstrat.* (Canoniae *Pragae* et *Teplae)* cum. sac. 177, cl. p. 16, n. p. 4, nov. 9, i. s. 206.

4) *S. Benedicti* (abbatia in Emaus *Pragae,* in *Brzevnov)* s. 28, cl. p. 7, n. p. 1, n. 3; laic. prof. 1, i. s. 40.

5) *PP. Piar. Schol.* 5 coll., 2 resid. cum s. 29, cl. p. 18, n. p. 3, i. s. 50.

6) *Coll. ss. Redempt.* cum 15 s., 6 laic. p., i. s. 21.

7) *Domic.*, 2 convent., 11 s., 1 laic. p., i. s. 12.

8) *Minorit.* 1 conv., 6 s., 1 L. p., i. s. 7.

9) *August. Eremit.* (calc.) 2 conv.; 9 s. 8 cl. p. 1 n.; 3 L. p.; i. s. 21.

10) *Reformat.* 8 conv. 2 hosp.; 49 s. 1 cl. p. 4. n. p. 11 nov.; 29 L. p., 10 n. p., 1 nov., i. s. 105.

11) *Capuc.* 4 conv., 2 hosp.; 31 s.; 21 L. p. 4 n. p. 2 nov.; i. s. 58.

12) *Fr. Misericord.* (Pragae) 3 s., 21 L. p. 9 n. p. 7 n., i. s. 40.

Summa omnium religiosorum 684.

B. *Religiosae.* a. in Bohemia. 1) *Anglic. Herul.* 1 dom. cum 19 pers. 2) *Ursul.* 1 conv. cum 48. 3) *Elisabeth.* 1 cum 44. 4) *Carmelit.* 1 cum 19. 5) *Sor. Mis. a S. Carolo Borr.* (8 dom. vel instit.) cum 115. 6) *Sor. Schol. Paup.* 6 dom. cum 34. 7) *Sor. 3. Ord. S. Franc.* 1 d. cum 33. Summa totalis 312.

b. in Borussia. 1) *Sor. Mis. S. Car. Borr.* 1 d. cum 5. 2) *Sor. Mis. 3 Ord. S. Franc.* 4 d. cum 18. 3) *Sor. Schol. paup.* 4 d. cum 16. Summa totalis 39.

Summa omnium Religiosarum 351.

Summa omnium Regularium 1.035.

VI. Sac. in cura animarum laborantes 1052.

Unus sacerdos est ad Catholicos in	Bohemia	970
„ „ „ „ „ „	Borussia	1412
„ „ „ „ „ „	generaliter	1001
Unus regularis est ad Cathol. in	Bohemia	1444
„ „ „ „ „ „	Borussia	3982
„ „ „ „ „ „	generaliter	1540
Unus sac. curatus „ „ „	Bohemia	1327
„ 9 „ „ „ „	Borussia	1412
„ „ „ „ „ „	generaliter	1515

VII. *Status Beneficiorum* cet.

1. *Cap. Metropol.* Eccl. Metrop. *S. Viti* cum *Praeposito* [redditus: minimum 20.000 fl. ex bonis immobil. supra 2200 jugera continentibus et massam dignitatis separatam formantibus; collationis papalis praevia usitata electione; sine jurisdictione in capitulo], *Decano* (jurisd. exercente) Praelatis (Personat.) *Archidiacono, Scholastico,* 8 Canonicis. Praebendae Decani et Canonicorum dantur ex massa communi, cujus reditus provenit ex bonis immobilibus supra 20.000 jugera continentibus, a decano et canonicis portionariis administratis. Decanus habet portionem duplam, sequentes 5 can. sen. simplam, quae minimum est ad 6—7000 fl. m. a., reliqui 5 canonici accipiunt summam fixam additis obventionibus ad 2000 fl. ascendentem. Collatio decanatus et 8 canonicatuum est apud Capitulum, ita, ut ultimus semper vacet canonicatus, optio fiat in locum altiorem, excepto Decano, qui *eligitur.* Ad canonicatum vacantem eligitur unus e candidatis, qui indicto concursu publico

per Bohemiam et Moraviam, sermonem probatorium tenuerunt. Alternatim canonicus linguae czechicae (bohemicae) et germanicae eligendus est. Duo canonici ab Imperatore nominantur ex tribus candidatis per Capitulum nominatis. Hi canonicatus *regii* non vacant, nisi mortuis can. regiis vel in decanum aut praepositum promotis. Duo can. juniores sunt praedicatores dominicales, duo anteriores festivi, duo hos praecedentes pro 4 festis maximis. Horae canonicae ex mente juris communis non fiunt, neque missa conventualis quotidiana assistentibus canonicis, attamen permagnus numerus missarum hujusmodi fundatarum. *Distributiones quotidianae* non existunt. *Omnes sunt infulati* et Pontificalibus ubique utuntur, a 1863 a. S. Pont. privilegium acceperunt, rogante Em. Card. Archiep., Crucem capitularem cum *catena aurea* portandi. Accedunt *Sacrista, 2 Poenitentiarii,* 3 Vicaristae, 4 Psalteristae. Curam exercet parochus singularis.

2. *Cap. Collegiatum* eccl. SS. Petri et Pauli in *Wysehrad* cum *Praeposito* (massam separatam 816 jug. bonor. immobil. redit. maximum 6000 fl. habente, collationis regiae) *Decano* (jurisd. excercente) et 6 Can. residentialib. (duo vacant). Dec. et Can. habent massam communem bonor. immobil. 1150 jugera contin.; dec. portionem duplam, can. simplam, quae maximum est 1000 fl. Omnes hae praebendae electione capitulari conferuntur, ut et 6 Canonicatus honorarii. Omnes sunt infulati. Unus e canonicis curam exercet. Horae canonicae vigent. —

3. *Cap.* Eccl. *coll. Vetero-Boleslaviensis* ad SS. Cosmam et Damian. cum Praeposito, Decano (cui imminet cura animarum) 6 can. (e quibus actu duo resident) et 6 can. honorariis. Praepositum nominat Imperator, Dec. et omnes canonicatus sunt liberae collationis archiepiscopalis. Capitulum reorganisatur, quare superfluum est, praesentem exponere conditionem. Habet praedia et alia bona circ. 1.300 jugera continentia, quorum reditus est ad 10.000 fl. m. a. Est antiquissimum Bohemiae capitulum. Omnes sunt infulati.

4. *Cap. Eccl. colleg. ad omnes Sanctos* in castro Pragae, cum Praeposito, Decano, 3 canonicis (1 vacat), omnes collationis regiae. Fundatum erat ab Imp. Carolo IV. pro professoribus theologiae emeritis vel iis sublevandis, actu viris de re scholastica meritis. Habet praedium 503 juger. Reditus Praepositi et Decani actu sunt maximum 1000—1200 fl.; unus canonicus habet ad 350 fl., alter nullam praebendam. Pars reditus asservatur ad dotandos reliquos canonicatus. Neque residentia sensu stricto locum habet, neque missa conventualis.

5. E capitulo eccles. colleg. B. M. V. quod olim *Carlsteiniae* erat, superest benef. simplex *Decani* (cum praedio 543 juger., reditus circ. 4000 fl. m. a.) collationis regiae.

6. *Beneficia curata:* in Bohemia 2 Praepositurae, 2 Archidiac., 42 Decan., 508 Parochiae simpl., 1 Localia, 8 Expositurae, 9 Capellaniae arcenses, 384 Cooper. et Capell., 9 Administraturae ecclesiasticae (ecclesiarum incorporatarum), — in Borussia: 48 par., 6 Local., 3 Exposit., 52 Coop. et Cap.,

1 Admin. eccl., *in summa:* 629 benef. et 436 coop. et cap., 10 admin. eccl.
Jus providendi. Vide Tabulam II.

Reditus beneficiorum sunt diversi; eorum magna pars certe summam 6—700 fl. non excedit, multa numerum 5—600 non exaequant, aliquot supra 1000, 1500, 2000 fl. sunt. 63 benef. e fundo relig. dotantur, reliqua habent bona propria et aliquot e fundo relig. subsidium recipiunt.

Ecclesiae (templa) parochiales ad eundem numerum 629 perveniunt. Numerus ecclesiarum filialium, capellarum, oratoriorum, cet. non liquet.

VIII. *Scholae omnis generis.*

a. *Universitas Pragensis* Carolo-Ferdinandea fundata a. 1348, cujus *Cancellarius* est Archiepiscopus; haec dignitas reapse solum jus tribuit conferendi „*licentiam*" in unaquaque facultate „doctoris gradum petendi et assequendi" candidatis, qui praeter candidatos theologiae neque interveniente per se aut per mandatarium neque approbante Ordinario a facultate respectiva admissi sunt. Aut mandato generali aut — si Archiepiscopus extra provinciam moratur — legali ut *Vice-Cancellarius* fungitur *Rector*. In professores ordinandos aliave universitatis negotia tractanda Cancellarius nullam vim exercet. Auditores facult. theol. et alumni iidem sunt. Praeter hos scholares aliarum facultatum fere nunquam ullum collegium theologicum frequentant; contra theologiae studiosi praeter unum collegium 3 horar. per hebdomadem philosophicum et paedagogiam rarissime aut fere nunquam ullum philosophiae, historiae, scientiarum naturalium, juris cet. collegium frequentant, immo frequentare possunt. Dotatur universitas, quae bona propria non habet — facultas juridica et medica habent praedium a gubernio administratum — ex fundo studiorum cum summa 149.765 (secundum Budget a. 1863), in qua *omnes* expensae pro universitate et institutis cum ipsa conjunctis continentur. Expensae pro facult. theologica ex fundo religionis fundo studiorum restituuntur. Itaque ex *aerario publico* — nam fundus studiorum boh. habet reditum 252.560 fl. — omnino *nihil* in universitatem insumitur, quae contra ex reditibus bonorum ecclesiasticorum sustentatur. (Adsunt in facultate *theol.:* 6 Prof. ord. 2 privatim docentes 2 „adjuncti;" *jurid.* 10 Prof. ord. (1 acath. 1 jud.), 6 extraord., 2 privatim docentes; *medica* 12 Prof. ord., 9 extraord., 14 privat. doc. (2 jud.), 13 assist. (1 jud.); *philos.* 18 Prof. ord. (1 acath.), 6 extraord. (1 acath. 1 jud.), 4 priv. doc., 6 „magistri", 1 adjunctus speculae astronomicae, 3 assist.) —

b. Schola polytechnica, quae vocatur, fundata et dotata per „status regni;" cum qua Ordinario et Ecclesiae nullum est commercium vel societas.

c. *Gymnasia catholica:* superiora 2 eccles., 3 civil., inferiora 2 eccles.; acatholica non existunt.

d. *Scholae reales catholicae:* superiores 3 civil.

e. *Scholae normales:* 2 civil., sch. „capitales", principales et reales inferiores 10, sch. „principales" 16, sch. „triviales" 1150. Magistri et magistrae i. s. 1871; liberi ad frequentandas scholas obligati 183.949, reapse frequentantes 178.144, inter quos: pueri *cath.* 90.643, puellae *cath.* 83.936, i. s. 174.579; pueri *acath.* 519, puellae acath. 418, i. s. 937 — pueri *jud.* 1416, puellae jud. 1212, i. s. 2628. Reliqua vide §. 15 seqq., quum pro singulis dioecesibus non constent.

IX. *Administratio.* a. *Consistorium.* Vicarius Generalis (idem atque Episcop. auxiliaris) et 11 Consiliarii, 8 Secretar., Cassar., Registr., Registrat. cet. *Impensae ab Ordinario sunt faciendae.* b. *Judicium matrimoniale* cum Praeside (idem atque Gen. vic.) et 6 Consil. 1 actuar. 1 cursore.

Hoc Tribunal est 1. judicium dioecesanum. 2. metropolitanum. 3. ex vi delegationis apost. II. instantia pro tribunalibus dioecesanis archidioecesium Viennensis et Salisburgensis. 4. ex aequali ratione III. inst. pro jud. dioecesano et metropolitano archid. Leopoliensis ritus latini et Olumucensis. Pro jud. archid. dioecesano ex vi delegationis est II. instantia jud, archiep. Olomucense, pro eodem et jud. metropolitano III. inst. jud. Viennense; pro jud. Prag. Dele ato II. inst. est III. inst. jud. Olomucense. Anno 1863 tractatae sunt: a) causae separationis athoro et mensa in 1ma inst. 75, II^{da} metropol. 14, II^{da} deleg. 73, III^{a} del. 1, i. s. 163, e quibus 23 sep. sunt concessae, 27 in annum 1864 sunt translatae. b) nullitatis matrimonii i. s. 5, e quibus in 2 causis nullitas, in una validitas declarata est, duae in a. 1864 translatae. c) sponsalium: 63. (De annis prioribus vide *v. Moy* Archiv f. das kath. Kirchenrecht Vol. X. (1863) pag. 182 sqq.). Pro causis disciplinaribus aliisque causis ecclesiasticis Tribunal nondum existit.

X. *Synodus provincialis* ultima habita fuit a. 1860 (post 255 annos prima), dioecesana 1863.

XI. Quod pertinet ad *linguam,* e 37 vicariatibus in 10 in Bohemia cum 375. 802 cath sola germanica, 1 potissimum germanica, in 3 germ. et bohemica lingua obtinet; comitatus Glacensis mere germ. est. Itaque archidioecesis habet fere 600.000 incolas germ., reliquos bohemicos.

§. 20.

B. *Dioecesis Litomericensis (Leitmeritz).*

Erecta per bullam Alexandri VII. diei 3. Jul. 1655, denuo circumscripta bulla Pii VI. d. 12. Jan. 1784, paululum immutata per bullam „De salute animarum" Pii VII. d. 16. Juli 1821. Habuit 11 Episcopos. *Sedes vacat, nominatus* est Aug. Vahala, can. honor. capit. colleg. Cremsir. et parochus Muglic. in Moravia, nat. 1802, ordin. 1827.

Mensa episcopalis ex bonis immobilibus supra 3.500 jugera continentibus constat et *potest* habere reditum supra 20,000 fl., si praedia bene administrantur.

I. *Situs.* In regno Bohemiae, et quidem in circulis: Boleslav. (Bunzlau), Jicin., Litomeric., Prag., Saatec. (Saaz) ita, ut 1^mi^, 3^tii^ 5^ti^ longe maximam partem complectatur, circa 172 mil. □.

II. *Dividitur* in 26 districtus Vicariatuum Foraneorum (reliqua ut in dioec. Pragensi).

III. *Status animarum* a. 1864. Cath. 1,139.358; Acath. 13.606; Jud. 12.160., i. s. 1,165,124.

De reliquis, quum nihil mihi communicatum sit, non constat.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1) *Seminar. puerorum* (Mariascheinae) rectum per Patres Soc. Jesu, qui pueros docent. Gymnasium non est publicum, quare alumni, ut maturi declarentur, apud gymnasium aliquod caes. reg. vel ecclesiast. publ. examinandi sunt. 2) *Seminarium Clericorum* Litomeric. conjunctum cum „Instituto Episcopali studii theologici dioecesano“, quod habet rectorem, vicerect. et „rectorem a spiritu“, 7 professores et circa 50 alumnos. Dotatio Seminarii ex fundo relig. est 33,000 fl. m. a. *Titulus ord.,* cur. *emeritor.* cet., ut in §. 19. b. *Status:* s. s. 799, r. 171, univ. 970. — In cura animarum (saec. 680, reg. 50) 730.

Extra dioecesim vivunt 51; extranei 6; emer. pension. et defic. 86; mortui a. 1864 30; jubilati 46.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.*

1) *Cisterciens.* (Ossegg) abb. cum 46 presb. 1 cl. p. 12 n. p. 2 nov., 3 L. n. p. i. s. 64.
2) *Patres Soc. Jesu* (Mariascheina) 1 coll. cum 14 Patr. 9 mag. 8 fr. laic., i. s. 31.
3) *Patres PP. Schol.* 3 coll. cum 17 sac. 1 cl. p. 1 n. p., i. s. 19.
4) *Dominic.* 1 conv. 5 sac.
5) *August. Erem.* 4 conv., 16 sac., 2 L. p., i. s. 18.
6) *Reformat.* 3 conv., 17 sac., 8 L. p. 2 n. p., 2 nov., i. s. 29.
7) *Minorit.* 1 conv., 3 sac., 1 cl. nov., i. s. 4.
8) *Capuc.* 6 conv., 27 suc., 9 cl. n. p., 11 L. p., 10 n. p. 1 nov., in summa 58.

Summa universa Religiosorum 228.

B. *Religiosae.* 1) *Elisabeth.* 1 conv. cum 17. 2) *Sor. Mis. S. Car. Borr.* 8 instit. cum 49. 3) *Sor. Schol. 3. ord. S. Franc.* 1 d. cum 5. 4) *Sor. Schol. de Notre Dame.* 1 inst. cum 5. 6) *Sor. Mis. Congr. a s. Cruce.* 4 dom. cum 30.

Summa omnium religiosarum 106.
„ „ regularium 334.

VI. Unus sacerdos est ad Catholicos 1174.
„ „ curatus est ad Cath. 1560.
„ regularis „ „ „ 3411.

VII. *Beneficia.*

1) *Cap. Eccl. Cath.* ad S. Stephanum cum *Decano* (collat. papalis), 5 *Canon.*

resident., 6 can. honor. et 2 vicar. (cura habitualis imminet Decano). Dec. et 1 can. sunt infulati. *Provisio* partim per Ordinarium, partim per electionem, partim per regem et reginam fit. Decanus habet praedium 418 jug. contin., reditum circ. 2000 fl.; praebendae canonicor. partim ex praediis propriis dantur, ex fundo rel. pro 5 can. capitular. 3,421 fl. singuli habent 1050 fl.

2) *alia:* 2 archidiac., 31 decanat., 375 parochiae, 4 local., 10 exposit., 15 capell. arcenses, 1 resident, i. s. 438. De jure providendi vide Tab. II, de reditibus idem dicendum est, ut apud Pragensem dioec. —

De *Scholis* notitiae nullae mihi datae sunt.

VIII. *Administratio.* a. *Consistorium* habet Praesidem et 8 assess., insuper 6 officiales et 2 alios. E fundo relig. quotannis pro eo dantur 2,153 fl. b. *Tribunal matrimoniale* cum Praeside, Vice-Praes., qui et defensor matrim., 5 consil., 1 secr. 1 adjuncto.

IX. *Synodus dioecesana* ultima (et prima) a. 1863 habita est.

X. *Lingua* (secundum catalogum) est in 316 locis paroch. mere germanica, in 95 mere bohemica, in 13 potissimum germ., in 7 potiss. boh., ita ut fere partes quintae dioecesis quatuor germanicae sint.

§. 21.

C. *Dioecesis Reginae-Hradecensis (Königgrätz).*

Erecta ab Alexandro VII. bulla d. 10. Novembris 1664, paululum immutata per bullam cit. „De salute animarum.“ Habuit 16 Episcopos. Decimus septimus est

Carolus Borrom. Hanl, nat. 4. Sept. 1782, ord. 8. Sept. 1805, inthroniz. 10. Jun. 1832.

Mensa episcopalis est fundata in praediis supra 4.700 jugera continent. reditus circa 20,000 fl. m. a.

I. *Situs.* Amplectitur totos circulos Chrudim. et Reginae-Hradec. magnam partem circul. Caslav. et Jicinen., aliquam Boleslav. et Taboren. in Bohemia, mil. □ circa 198.

II. *Dividitur* in 31 *districtus vicariat.* (reliqua ut in Pragensi).

III. *Status animarum* (1864): Cath. 1,304.025, Acath. 47.568, Jud. 16.777., i. s. 1,368.370.

A. 1862 erant: neo-communicantes 22.803, communicantes universim 986.740 (!), *baptizati* 42.056 (masc. 21.588, fem. 20. 463), *confirmati* 22. 442.

A. 1862 *matrimonia* sunt contracta 11.561, et quidem: a) *mere cath.* 11.405; b) *mixta* 156 — inter quae cum educatione prolium cath. 147, mixta sec. sexum 9. c) *cum disp.* in 1° gradu aff. ex copula licita 31, ex cop. illic. 2; in 1° et 2° g. aff. ex cop. lic. 9, 2° g. aff. ex cop. lic. 12, 2° g. consang. 8,

in 3° g. tang. 2um cons. et aff. 27, in 3° vel 4° g. puro vel tang. 3um cons. et aff. 280, i. s. cum disp. ab imped. dirim. 369 i. e. fere tricesima matrim. pars.

A 1862 sunt *mortui* 31.347 (masc. 16.655, fem. 14.692).

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1) *Seminarium puerorum* Reginae-Hradecii cum alumnis 118, qui gymnasium publ. frequentant. Reditus ex „capitalibus" et annuis praestationibus. 2) *Seminarium Clericorum* cum *Instit. theolog. episcop.* habet rect., „moderatorem spiritualem" et vice-rect., 7 Prof., 105 alumnos. Reditus (ex fundo relig.) est 27.815. De *titulo ordin.* et *cura emerit.* vide apud Pragensem.

b. *Status:* s. s. 817, r. 111., i. s. 928.; sac. curati 800.

Sac. extra dioec. commor. 19, extranei 7, jubilati 48, a. 1864 mortui 34.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1) *Praemonstrat.* 1 abb. Seelau, 1 resid. Deutschbrod, 27 sac., 5 cl. n. p., 2 nov., i. s. 34.

2) *Benedict.* 1 abb. Braunau, 41 sac. (unita cum abb. Brevnov. in dioec. Prag).

3) *PP. piar. Schol.* 2 coll., 13 sac., cl. v. s. 5, cl. n. 1, i. s. 19.

4) *Redemptor.* 1 coll., 7 sac., 2 L. p., i. s. 9.

5) *August. Eremit.* 1 mon., 3 sac.

6) *Servi B. M. V.,* 1 mon., 3 sac., 1 L. p., 2 nov., i. s. 6.

7) *Reformat.* 1 conv., 4 sac., 4 L. p., i. s. 8.

8) *Capuc.* 2 conv., 10 sac., 1 cl. p., 7 L. p., i. s. 18.

9) *Fr. Mis. S. Joh.* 2 conv., 3 sac., 15 L. p., 3 n. p., i. s. 21.

Summa Religiosorum 159.

B. *Religiosae.* 1) *Ursul.* 1 mon., 22 pers.

2) *Sor. Schol. paup.* 5 dom., 32 p.

3) *Sor. Mis. s. Car. Bor.* 1 dom., 20 p.

Summa Religiosarum 74.
Summa Regularium 233.

VI. Unus sacerdos est ad Cathol. . . . 1.405.
„ „ curatus est ad Cathol. . 1.630.
„ regularis est ad Cath. . . . 5.596.

VII. *Status Beneficiorum.* 1. *Capit. Eccl. Cathedr. ad S. Spiritum* cum *Decano* infulato (collat. papal.) et 7 can. capitul. quorum primus *archid.* infulatus est, 6 can. honor., 2 vicaristis. *Dec.* et duo alii can. seniores percipiunt fructus praedii Bischofstein 1.391 jugera continent. (singulus circ. 2500 fl.), can. curatus praebendae loco habet parochiam civitatis Reg. Hrad. (2000 fl.), quatuor reliqui sustentationem ex usuris primitivae dotationis praebendarum suarum percipiunt ex fundo relig. ad 4.284 fl. m. a. (singulus 1.071 fl.). Duos can. nominat Imperatur, duos Archiep. Pragensis, duos Ordinarius, can. curat. Imperatrix ut Regina Bohemiae. 2. *Alia:* 1 archidiac., 30 dec., 393 par., 2 administr. eccl. 15 regul., 9 Capell. loc., 3 Exposit., 19 Cap. fund. et arcenses, in summa 472.

De jure *providendi* vide Tab. II. De reditibus benef. vide, quod apud dioec. Prag. dictum est; e fundo rel. 98 benef. dotantur, reliqua ex bonis propriis.

VIII. a. *Gymnasia* catholica: 3 superiora, 3 inferiora. b. *Scholae reales:* 1 sup., 12 infer. c. Aliae: 26 „capitales", 977 elementares. In his et scholis real. inferiorib. docent 1495 magistri et coadjutores saeculares, ludimagistrae puellarum regulares 24, magistrae laborum industrialium, partim saeculares, partim regul. 34. Scholares sunt 171.760.

Scholae *acath.* elementares 24.

IX. *Administratio dioecesana.* a. *Consistorium* cum Praeside, 8 assessor., 4 officialibus. E fundo religionis numerantur pro Consistorio quotannis 2.258 fl.

b. *Judicium matrim.* cum *Praeside, 5 Consil., Defensore* et Secret. c. *Jud. ecclesiasticum* (pro aliis causis) cum Praes., *4. Consil.* — Anno 1862 in jud. matrim. tractatae fuerunt causae separat. a thoro et mensa 25, sponsal. 13, secundarum nuptiarum vi declarationis de morte conjugis ineundarum 1.

X. *Synodus dioecesana* prima fuit habita a. 1863.

XI. *Lingua* in locis beneficiorum 93 est mere germanica, in 16 potiss. germ., in 24 potiss. bohem., in 326 mere bohemica.

§. 22.

D. *Dioecesis Budvicensis. (Budweis).*

Erecta bulla Pii VI. d. XII. Cal. Octobr. 1785.

Habuit 3 Episcopos. Quartus est:

Johannes Valerianus Jirsik, natus d. 19. Jun. 1798, ord. 28. Dec. 1820, inthronis. 1. Nov. 1851.

Mensa episcopalis (e fundo religionis percipienda) est 1260 fl. m. a. [et 3150 in compensationem ususfructus praedii tempore recente venditi; num titulus hanc summam a fundo relig. exigendi indubius sit, ignoro]. *Taxa Camerae* est 448 flor. aureor. (i. e. circa 2420 fl. m. a.).

I. *Situs:* In Bohemia complectitur totos circulos Budwicensem et Pisecensem, magnam partem Tabor. et Pilsnens. et partes Pragens. Caslav. et Egrensis, circ. mil. 294 □.

II. *Dividitur* in 8 *Archipresbyteratus* cum 34 *Vicariatibus,* quorum archipresbyteri et vicarii ab Ordinario nominantur. Reliqua vide apud Prag. archid.

III. *Status animarum* (a 1864): Cathol. 1,065.443, Acath. 2.913, Jud. 17.338., i. s. 1,085.694.

Confirmantur per annum supra 20.000.

Matrimonia mixta a. 1862 inita sunt 17, e quibus 11 cum educatione prolium mere cath. 6 cum mixta.

Ab *imped. dirim.* usque ad 4 gr. consang. vel affin. dispensatum fuit in 327 casibus.

De reliquis apud Consistorium nihil constat.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1) *Seminar. puerorum* Budvicii, cujus alumni (56) gymnasium frequentant. Reditus ex donationibus similibusque percipitur.

2) *Seminar. Clericorum* cum *Instituto episc. studii theol.* Budvicii, quod habet Rectorem, Vice-Rect. et Spiritualem, 6 Professores, 99 alumnos et summam annuam 29.197 fl. m. a. e fundo religionis percipit. De reliquis ut in §. 19.

b. *Status.* s. s. 768, r. 90, i. s. 858.

Sac. curam animarum exercentes circ. 750. Sac. jubilati 23, pension. emer. et def. 44., extra dioec. viv. 21, extranei 13, mortui a 1864 sunt 18, ordinati 19 (a. 1863 ord. 15).

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1) *Cisterciens.* 1 abb. (Altovadum; Hohenmauth), 48 sac. 2 cl. p., 6 n. p. (voti simpl.) 3 nov., 1 L. v. s., i. s. 60.

2) *Patres Piar. Schol.* 1 coll., 7 sac. 4 cl. p. i. s. 11.

3) *August. Erem. calc.* 1 mon., 4 sac.

4) *Aug. Erem. discalc.* 1 mon., 4 s. 2 L. p., i. s. 6.

5) *Servitae* 1 mon., 4 sac. 1 cl. nov., 2 L. p., i. s. 7.

6) *Minorit.* 1 mon., 5 sac. 1 L. n. p., i. s. 6.

7) *Reformat.* 2 mon., 9 sac., 7 L. p. 1 n. p., i. s. 17.

8) *Capuc.* 2 mon., 7 sac., 6 L. p. 2 n. p., i. s. 15.

Summa sac. 88 (ad hoc 2 extran.) 90. Summa religiosorum 129.

B. *Religiosae.* 1) *Sor. Mis. S. Car. Borr.* 3 dom., 20 p.

2) *Sor. Schol. Paup.* 4 dom., 32.

Summa Religiosarum 52.

Summa Regularium 181.

VI. Unus sacerdos est ad cath. 1.128.
„ „ curatus est ad cath. 1.420.
„ regularis „ „ „ 5.886.

VII. *Status Beneficiorum.* 1) *Capitul. Eccl. Cath.* ad S. Nicol. Ep. C. cum *Praeposito* infulato (collat. Papalis), *Decano* infulato et 5 can. capitul., qui omnes ab Imperatore nominantur. Praebendae e fundo relig. dantur, et quidem Praep. Dec. et Can. custodi 1260, reliquis 1050 fl. m. a.

2. *Alia;* 1 Praep., 2 archid., 37 decan., 367 par., 4 admin. parochiales reales, 7 local., 1 exposit., 1 cap. resid., i. s. 420. insuper 1 admin., 14 cap. arc., 6 cap. resid., 1 expos. quae sunt 22 benef. simpl.; summa totalis 442. De *jure prov.* vide Tab. II.

VIII. *Scholae.* a. *Gymn.* cath. super. 1 eccl. (Piar.) 2 caes. reg. — b. *Schol. reales* et princip. 6, princip. 8, princ. paroch. 1, 5 schol. trivial. pueror., 12 puellar., 685 mixtae, 16 schol. „necessariae“ (Nothschulen), i. s. 733, e quibus *germ.* 220, *bohem.* 454, mixtae 59. schol. industriales puellarum

19, opific. 2, repetit. 718. Schol. jud. 6, acath. 2. Catech. 265, magistri 687, coadjut. 479, magistrae 26. *Pueri* ad frequent. obligati: cath. 67.786, acath. 78, jud. 907; *puellae* cath. 65700, acath. 62, jud. 836., i. s. 135,369. *Frequentantes:* i. s. 127,734 et quidem: pueri cath. 65.072, acath. 73, jud. 747; — puellae cath. 61.103, acath. 59, jud. 680. Schol. repet. frequentare debebant 56.664, frequentabant vero 48.745 (cath. 26.136 et 22.345 — acath. 20 et 12 — jud. 121 et 111).

IX. *Administratio dioecesana.* a. *Consistorium* habet *Praes.*, 8 *Assess.* (et omnes Vicar. foran.) *actuales,* 4 Officiales. E fundo religionis dantur 2205 fl. m. a. b. *Tribunal matrimoniale* cum Praes., 6 Consil. et Secretario. A. 1862 tractatae sunt 42 sep. a thoro et mensa (9 concessae), 18 sponsal., nullitatis causa nulla. c. Judicium dioecesanum cum Praes. et 8 Consil.

X. *Synodus dioecesana* (prima) habita est a 1863.

XI. *Lingua* in 106 benef. est mere germ., in 20 potiss. germ., in 277 mere bohem., in 27 potiss. bohemica.

II. Provincia Moraviae seu Olomucensis.

§. 23.

Notitiae generales.

a. Continet (in Austria) Markgraviatum Moraviae cum 403.77 mil. □, partem Silesiae austriacae, partem Silesiae borussicae.

b. *Incolae* (sec. catalogos eccles.) in Austria: cath. 2.137.512., acath. 60.427; jud. 52.357.

Clerus: s. s. 1.697, r. 205, i. s. 1902.

Regulares: m. 329, f. 291, i. 620.

c. *Instituta prov.* (Austr.) *communia: Fundus rel.* cum red. 606.538 fl., ex quibus supersunt in aerarium tradendi 35,085. *Fundus studiorum* cum red. 126.020 fl., deficiunt 44.884 fl. ex aerario solvendi.

E fundo relig. solvuntur pro congruis parochorum supplendis, localistis, cooperatoribus . . . . 86.608 fl.
pro sacerd. emeritis, deficient. cet. . . . . 31.796 fl.
pro aedificiis reparandis cet. . . . . 65.000 fl.
pro mendicantibus . . . . 17.691 fl.
pro. monast. monialium . . . . . , ... 13.105 fl.

Domus demeritorum (Wischau), pro qua e fundo rel. dantur 6.550. Reliqua in tabulis §. 13. sqq.

§. 24.

A. Archidioecesis Olomucensis (Olmütz).

Ab a. 973 [res priores omitto] usque ad a. 1063 ad dioecesim Prag. Moravia pertinuit. A. 1063 Alexander II. episcopatum Olomuc. erexit. Habuit usque ad a. 1776 episcopos 55. Anno 1777 a Pio VI. in archidioec. et Metropolim erecta fuit, cui Brunnensis dioecesis subjecta est. Habuit 5 archiep. Sextus est:

Fridericus e Landgraviis de Fürstenberg,

natus 8. Oct. 1813, can. capit Olomuc. a. 1832, ord. 1836, electus archiep. 6. Juni 1853, inthronis. 8. 1853.

Suffraganei dotationem fert mensa episcopalis.

Mensa episcopalis constat ex principatu feudali Olomuc., qui continet 9 domania feudalia in Moravia 1 in Silesia austr. cum praediis unitis sita, 1 praedium camerae in Borussia situm, quorum omnium fructus ipsa mensa percipit, insuper ex certis reditibus 68 subfeudorum coronae boh., quorum unum (Katscher) in Borussia est situm. Reditus minimum est 200.000 fl. m. a. (Fundo religionis annuatim solvit 2.743 fl. Sed haec summa tanto minus certa regula esse potest, quum archiep. Prag. fere eandem summam — 2670 fl. — immo praepos. Cap. Metropol. Prag. 2100 solvat, quamvis certe illius mensa longissime distet ab Olomucensi.)

Taxa camerae est 2215 fl. a.

I. *Situs.* Continet in *Moravia* 223.37 mil. □ et quidem circulos Olomuc., Neutitschin., maximam partem Hradisch., *Silesiae austr.* fere mediam partem cum circ. 43 mil. □, in Borussia partem Silesiae cum circ. 30 mil. □.

II. *Dividitur* in 9 Archipresbyt. (8 in Austria) cum 53 *Decanatibus* (50 in Austria), quos Ordinarius nominat. Vide supra §. 7.

III. *Status animarum*: 1) in Austria (1863): cath. 1,309.664, acath. 38.127, jud. 23.810, i. s. 1,371.601. 2) in Borussia: cath. 108.798, acath. 5657, jud. 959, i. s. 115.414.

Summa totalis. Cath. 1,418.462, acath. 43.784, jud. 24.769, universim 1,487.015.

Cetera notatu digna ignoro.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. puerorum* Kremsir. cum Dir., Vice-Dir., 6 Praef,, 200 alumnis prima tonsura clericali initiati: 2. *Seminar. Clericor.* „majus„ Olomucii cum Super., Dir. spirit., Vice-Super., Sacror. Rit. Magistro, 119 alumnis, qui aut subdiac. aut minoristae aut tantum tonsurati. Insuper aliquot alumni dioecesis Vratislav. ibi student. Adest Olomuc. *Facultas theologica,* quae instituti dioecesani loco habetur, cum 6 Profess. et 2 „adjunctis." E fundo relig. solvuntur pro alumnatu 8416, pro profess. 6.090; ceterae impensae ex propriis reditibus fiunt. — De reliquis vide supra §. 3 sq.

b. *Status* (1863): A. in Austria: s. s. 1,042; r. 138; i. s. 1.180; sac. in cura animar. 927. B. in Borussia: 80 sac. s. cur., universim 1260 sac. 1007 curati.

Sac. extra dioec. commor. 30, extranei 16, jubilati 49, a. 1862 mortui 35.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. *Sac. Ord. Equ. Teutonici,* sac. (prof. 27, nov. 1) 28.

2. *Praemonstrat.* (Heiligenberg) 1 praep. et resid., 8 s.

3. *Redemptor.* s. 6; L. p. 2, n. 3, i. s. 11.

4. *Piarist.* 7 coll. 1 resid,, 53 s.; 2 cl. p. 6 n. p. 14 n.; i. s. 75.

5. *Dominic.* 2 conv., 6 sac.

6. *Minor.* 2 conv., 9 s. 2 L. p.. i. s. 11.

7. *Reformati* 2 conv. 10 s. 6 L. p.; i. s. 16.

8. *Capuc.* 2 conv 18 s. 7 L. p. 2 n. p.; i. s. 27.

9. *Fratres Mis.* 2 conv. 2 s. 8 L. p. 5 n. p.; i. s. 15.

Summa Religiosorum: 197.

B. *Religiosae.* 1. *Ursul.* 1 conv. 26. 2. *Soror. Teutonicae* 4 dom. 111. 3. *Sor. Schol. paup. de Nostra Domina* 1 dom., 4 sor. — 4. *Sor. Mis. S. Vinc. a Paulo* 4 dom. cum 62 sor. 5. *S. Car. Borr.* 1 dom., 22 sor. 6. *Sor. Schol. S. Franc. 3. Ord.* 3 dom., 34 sor. 7. *Sor. Mis. S. Franc. 3. Ord.* 5 dom. 77 sor.

Summa Religiosarum 336.
„ Regularium 533.

VI. Unus sacerdos est ad Cath. 1.125.
„ „ curatus est „ „ 1.309.
„ regularis „ „ „ 2.661.

VII. *Status Beneficiorum.* 1. *Capitul. Eccl. Metropol.* S. Venceslai, cum *Decano* infulato (prima Prael.; collat. papalis), *Praep.* infulato, *Archid.* inful., *Schol.* infulato, 19 can. capitul. *Jus providendi:* a) *liberae coll.* sunt Archid. et Scholast., rectoratus ad S. Annam inful. (perpetuo unitus primae canoniae), benef. custodiae et 2 honoris Vicariatus. b) Imperator nominat tres canonicos regios quovis casu, reliquos alternis mensibus cum c) capitulo, quod insuper eligit Praepositum, et praesentat ad benef. vicarialia. Capitulo perpetuo unitum est beneficium Praepositurae eccl. coll. Cremsiriensis, alius eccl. praepos. Olomuc., praepos. eccl. coll. Nicolsburg. (in dioec. Brunnensi). Praebendae partim ex beneficiis specialibus, partim ex bonis immobilibus capitulo communibus porriguntur. Reditus, ut fertur, praelatorum usque ad 15000, canonicorum ad 6—7000 fl. ascendit. Accedunt 12 vicarii. 2. *Capitul. eccl. coll.* SS. Mauritii et Sociorum Mart. Cremsiriense; *Praepos.* (capit. Olom. eum praesentat e canon. Olomuc.), *Dec.* (lib. coll.) 6 *Can.* (quatuor sunt lib. coll.; duo jurisp. Praepositurae sunt), 4 vicariis (jurispatr. Praepositurae), 3 Can. honor. — 3. *Alia:* A. In Austria: 3 Praep. cur., 428 par., 115 Cur. loc., 3 Cap. cur.

arc., i. s. 549. B. In Borussia: 37 par., 2 adm. par., 8 Cap. loc., i. s. 47. Summa totalis 596. De jure providendi vide Tab. II.

VIII. *Scholae:* a. *Facultas theol.* Olmuc. (vide num. IV.), b. *gymnasia:* 2 sup. caes. reg. 1 sup. eccl. (Piar.); 2 infer. c. r., 4 infer. Piar., i. s. 9. — c. *Schol. real.* sup. 1. c. r., 3 real. infer., 10 capitales (1 archiep., 4 Piar., 5 c. r.), 7 cap. et real. (4 Piar., 3 c. r.). Vide supra §. 15 sqq.

IX. *Administratio.* 1. *Consistorium* cum *Praeside,* 7 Referent. perpet. (Consiliarii cum voto sunt omnes Can. Olomuc., Vicarii foranei et aliquot alii), 7 auditoribus, 1 secret., 9 official. cet. 49 sac. habent insuper „Consil. Consist.“ titulum. 2. *Tribunal matrimoniale* cum Officiali, 15 „Judicibus“, Defens., Defens. sustit., secret., actuar. 3. „Forum inquisitoriale“ pro parte archidioec. borussica habet 2 Jud. delegatos et syndicum.

X. *Synodus provincialis* [vel *dioecesana* ex pluribus saeculis] nulla est habita.

§. 25.

B. *Dioecesis Brunnensis (Brünn).*

Erecta per bullam Pii VI. dat. 5. Dec. 1777 (usque ad hunc annum pars erat dioecesis Olomuc., administrata per Vicar. Gener. Brunnae residentem, plerumque Praeposit. eccl. coll. SS. Petri et Pauli, quae in cathedralem erecta est). Habuit 5 Episcopos. *Sextus*

Antonius Ernestus Comes de Schaaffgotsche,
dictus liber dominus de Kynast et Greifenstein (natus 16. Febr. 1804,
ord. 8. Sept. 1827, inthron. 5. Mai 1842).

Mensa episcopalis: ex duobus dominiis Chirlitz et Prisenitz (illud est subfeudum) cum redit. circ. 35,000 fl. m. a.

I. *Situs.* In Moravia, continet circulos Znaim., Iglav. Brunnens. et partes Hradisch. et aliquot Bohemiae vicos, 180.40 mil. □.

II. *Dividitur* in 7 *Archipresbyteratus* cum 36 *Decanatibus,* quorum rectores ordinarius nominat.

III. *Status animarum* (1863): a. Cath. 827.848. Acath. [conf. aug. 4.100, helv. 18.200] 22.300, Jud. 28.547, summa 878.695.

b. Cecho-Slavi circ. 680.000, germ. circ. 171.000.

c. *Nati* sunt (1858) masc. 16.310, fem. 25.830, summa 32.140,

e quibus cath.	31.721	(legit. matr.	26.237 —	illegit. 5034).
acath.	455	(legit. . .	400 —	„ 55).
jud.	414	(„ . .	388 —	„ 26).

d. Quoad *communicantes,* Ordinariatus in litteris mihi datis „supponendum esse censet, omnes adultos (excepta fortasse civitate Brunnensi) generaliter bis per annum, in permultis parochiis quater vel quinquies s. communionem recipere“, id quod mihi nullo modo verisimile esse videtur. Scholarium fere

4ª pars quotannis primo s. comm. recipit, majores et discipuli „scholarum mediarum" quater vel quinquies recipiunt.

e. *Matrimonia mixta* a. 1862 inita sunt 70; 36 patres acath. educationem liberorum mere cath. promiserunt; assistentiae passivae erant casus 16.

Obtenta dispensatione ab imped. 1^mi^ cum 2do gradu cons. vel. aff. 29, 2^di^ cum 3° 21, 3^tii^ cum 4° 80, i. s. 130 matrim. facta sunt.

f. *Confirmati* sunt a. 1862—27.596.

g. *Ad fidem cathol.* a. 1862 *reverterunt* 36 Protest.; ab ea defecerunt (ad lutheran.) 5 Cath.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1) *Seminar. puerorum* Brunn. fundatum a. 1853 (ex donationibus corporationum eccles., collectis cleri cet.) habet 2 Praefectos, 96 alumnos gymnasium publicum frequentantes. 2) *Sem. Clericorum* cum *Dir.* et 2 *Vice-Dir.,* 102 alumn. (10 regul., 75 in domo, 17 extra viventes et stipendio annuo 84 fl. m. a. fruentes). Alumni 2. 3. 4. anni tonsuram vel ordines minores recipiunt. Cum seminario cohaeret *Institut. theolog. dioeces.* ex a. 1807, quod habet 1 Dir., 6 Prof., 1 Docent. E fundo relig. solvuntur pro semin. 14.794 fl. [accedit seminaristicum] instit. theol. 6.090 fl. De titulo ordinat. et cura emerit., pension. cet. vide supra §. 3 sq.

b. *Status* (1863): s. s. 669 (in dioec. 642, extra commor. 27) et quidem 4 dignit., 387 curati, 9 canon., magisterio addicti 34, vicarii, capellani, rectores 158, capell. castrenses (militares) 8, pension. defic. 64, mission. 3. S. r. 105 (cur. 52, magist. 19, cura milit. 1.), in summa 774 sac. Doctores s. theol. sunt 11, phil. 7. Sac. extranei in cura anim. 20 reg., magist. 1 s. 1 r., cura milit. 3 s. 2 r., pension. 5 s., i. s. 32. Summa presb. saec. 678, reg. 128, totalis 806. Summa sacerdotum curatorum 634. Annos 50 nati sunt 170, supra 60. 123, supra 70. 56, supra 80. 15. Jubilati sunt 32.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1) *Praemonstrat.* abbat. (Neu-Reisch) 10 sac., 3 cl., i. s. 13.

2) *Bened.* (abb. Raigern), 16 s., 6 cl., i. s. 22.

3) *August.* (abb. Alt-Brünn) 12 s. 3 cl. i. s. 15.

4) *Piar.* 2 coll. 17 s. 9 cl. 1 L., i. s. 27.

5) *Domin.* 1 mon. 6 s.

6) *Minor.* 2 conv. 10 s., 3 cl., 5 L., i. s. 18.

7) *Reform.* 1 conv. 5 s., 5 L., i. s. 10.

8) *Capuc.* 3 conv. 27 s., 15 L., i. s. 42.

9) *Fratres Mis.* 2 conv., 2 s. 19 fr., in s. 21.

Summa Religiosorum: 174.

B. *Religiosae.* 1) *Ursul.,* 1 mon. 27 sor. 2) *Elisabeth.* 1 mon., 18 sor., 3) *Sor. Miseric. S. Vinc.* 2 dom. 14. 4) Sor. Mis. S. Caroli Borr. 1 dom. 4 sor.

Summa Religiosarum: 63.

„ Regularium: 237.

VI. Unus sacerdos est ad Catholicos: 1027.
" " curatus est ad Catholicos: 1305.
" regularis " " " 3450.

VII. *Status Beneficiorum.* 1. *Capitul. Eccl. Cathedr.* SS. Petri et Pauli Brunnae cum *Decano* inful. (collat. papalis); *Archid.* inful. 4 *Can. capit.* et 8 can. honor., quos omnes Imperator nominat. Habet massam communem (dominium Kritschen), cujus reditus in 17 portiones dividitur, quarum quartas percipit Episcopus, tertias Decanus, reliqui 5 canonici binas. Accedunt emolumenta ex multis, quae apud ecclesiam cathedralem existunt, fundationibus. 2. *Capitul. Eccl. Colleg.* S. Venceslai Nikolsburg cum *Praepos.* inful. (Canonico ecclesiae metropol. Olomuc.), 5 Can. (jurispatr. privati), 4 Can. honor.

3. *Alia:* Parochiae 409, coop. local. 3 [par. *saecul.* 311, local. 73, administrat. 3, i. s. 387 curatiae saeculares; par. regul. 20, admin. 2]. Beneficia simpl. 28. Quoad *reditum* aliquot beneficia 3000—4000, alia 1000—3000, multae parochiae non habent nisi 400, localiae 300 fl. Reditus fere ordinarii sunt ex pecunia numerata [e fundis certis, decimis redemtis, juribus stolae, stipendiis missarum cet.] et praediis (fere semper plures hujusmodi tituli concurrunt). 93 beneficia totam, 80 ex parte dotationem e fundo religionis habent. Capellani vel cooperatores plerumque a parochis aluntur, 38 (summa 200, in urbibus 250 fl.) omnino, 22 pro parte e fundo religionis.

De *jure providendi* vide Tab. II.

4. *Templa.* Ecclesiae parochiales 409, filiales 94, succursales 33, local. cooperat. 3, capellae 233, i. s. 772. Inter Capellas 194 publicae, 39 privatae i. e. arcenses sunt. 9 eccl. peregrinationibus sacris traditae sunt.

VIII. *Scholae.* Vide num. IV. — a. *Schola polytechnica* Brunn. (1850 fundata). b. *Academia* statuum Moraviae. c. *Gymnasia:* 3 caes. reg. super., 1 Piar. sup. d. *Reales:* 1 sup. caes. reg., 1 infer. communalis, 2 scholae operariorum et mercatorum. e. *Elementares:* Paedagogium (8 mag., 105 candidati; seminarium pro 25). Scholae capit. et reales infer. 5, capit. paroch. 3, capit. pueror. et puellar. 9, capit. puellar. 2. Scholae triviales pro solis pueris 1, puellis 3, mixtae 661. Scholae „excurrendo“ habitae 29. Magistri 678, coadjutores 368, magistrae 11, magistrae industriales 15. Domus scholasticae 716.

Pueri ad schol. frequent. obligati 53.528, frequentantes 53.943.
Puellae " " " obligatae 52.403, " 51.697.

In scholis cath. instruuntur Acath. masc. 652, fem. 525. Judaei: masc. 403, fem. 289.

Scholae repetit. frequentantur a pueris 23.431, puellis 21.115.

Scholae acatholicae: conf. aug. 1 capit., 3 elem. cum 12 magistris, 415 scholaribus; — helv. conf. 17 elem. cum 17 mag. et 1785 scholar.

Scholae judaicae: 1 cap. puerorum, 1 trivial. puellar., 17 mixtae cum 40 mag., 2287 scholar., 19 domibus schol.

1 scholam habent sorores S. Vinc.

Accedunt: 1 institutum pro surdo-mutis, 1 pro caecis, seminar. pueror., 5 schol. et instit. privata pro puellis, 2 judaica; instit. curandorum infantium: cath. 3, jud. 4.

VII. *Beneficia.* 1. *Cap. Eccl. Cath.* S. Nicolai Ep. C. cum Praep. (coll. Papal., fundat. caesar.) mitrata, Dec. mitr. (fund. et patr. caes.), 10 Can. (duo sunt pro temp. uniti propter reditum exiguum), quorum 4 fundat. et patron. caes., reliqui fundat. et patron. privati sunt. *Praebendae:* dignitates et can. fundationis caesareae habent massam communem constantem in bonis immobili et decimis redemtis, — cujus reditus aequis partibus inter illos 6 dividendus est; dignitarii praeterea reditum ex propriis fundationibus habent — reliqui habent suam quisque massam separatam secundum fundationem. Reditus plane ignoro.

2. *Capit. coll.* curatum S. Nicol. Neostadii cum Praep. mitrato et parocho, 4 Can. curat., 1 vic. capit. et par. (omnes patron. caes.).

3. *Alia:* 193 par., 81 capell. local., 3 vicariatus, 11 capell. veteres, 20 exposit., 230 cooperat., 6 manemissariatus, 42 alia beneficia, i. s. 586, cum 16 praeb. capit. 602. Dotationem totam 7 par. et vicar., 8 capell. loc. et curati, 32 coop. in summa 12.652 fl., ex parte 91 par. et vic., 78 capell. loc. et curati, 58 coop. in summa 38.901 fl. e fundo relig. percipiunt.

VIII. *Scholae.* Quum dioecesis cum ducatu Carniolae congruat, §. 15 sqq. notitias necessarias offerunt.

IX. *Administratio.* 1. *Consistorium* cum Vic. gen. et 14 Consil. 2. *Cancellaria episc.* cum Cancell., 2 capell. episc. 3. *Tribunal matrim.* cum Praes., 4 Cons., 2 Cons. substit. 1 def. matr. 1 secret. Anno 1862 tractatae sunt 11 causae sep. a thoro et mensa.

X. *Fundus relig.* Carniolae habet *redit.* 88.928, *expens.* 137.322.
Fundus studior. „ „ „ 31.737, „ 49.074.

§. 39.

C. *Dioecesis Tergestina-Justinopolitana.* *(Triest-Capodistria).*

Ex a. 524 ad a. 1788 dioec. Tergestina habuit 79 episc. A. 1788 dioecesis Terg. unita est Gradiscensi, 1790 vero restituta. Dioec. Justinop. ab a. 524—1810 habuit 52 episcopos (ab a. 948—1187 ab episc. Terg. administrata fuit), deinde sedes vacabat usque ad a. 1831, quo in perpetuum Tergestinae est unita per aequalitatem. 84tus episc. est

Bartholomaeus Legat, natus 16. Aug. 1807, ord. 19. Sept. 1830, inthronis. 18. Apr. 1847.

Mensa: bona propria et suppl. e fundo rel. 7.540 fl. *Taxa camerae* „non fixa et speciatim determinatur."

I. *Situs:* Continet civitatem et territorium Tergest. et partes circulorum Mitterburg. (Pisino) et Gorit., mil. □ 47.4.

II. *Dividitur* in 14 Decanatus. Decani ab Ordinario instituuntur.

III. *Status animarum:* Cath. 260.082. Gr. u. 141, arm. 30, i. s. 260,253; Acath. gr. n. u. 1.498, conf. aug. 655, helv. 580, i. s. 2733. Jud. 4029. (Omnes fere acath. et jud. in civitate Terg. degunt.)

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. puerorum* deest. 2. *Semin. Clericorum* (in quo alumni 4. anni studii theol. degunt, reliqui Goritiae student) cum 6 Prof., 8 alumnis. b. Pro 13 deficient. e fundo rel. solvuntur 3.203 fl.

c. *Status.* (1863) s. s. 293, r. 54, i. s. 347. Sac. curati 268, extra dioec. 18, emer. pens. def. 17, mortui 12.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. *Bened.* 1 hosp. 3 s. 2 L. p., i. s. 5.
2. *Mechitar.* 1 res., 4 s. 2 cl. n. i. s. 6.
3. *Minor.* 2 conv., 13 S. 11 cl. n. pr. 8 L. p., i. s, 32.
4. *Reform.* 1 conv., 14 s. 5 L. p., i. s. 19.
5. *Capuc.* 2 conv. 1 hosp., 20 s. 2 cl. n. p. 13 L. p., i. s. 35.
Summa Religiosorum: 97.

B. *Religiosae.* 1) *Benedict.* 1 mon., 32 mon. 2) Elisab. 2 m., 36.
Summa Religiosarum: 68.
„ Regularium: 165.

VI. Unus sacerdos est ad Catholicos 758.
„ „ curatus est ad Catholicos 971.
„ regularis „ „ „ 1577.

VII. *Beneficia.* 1. *Cap. Eccl. Cath.* divi Justi M. cum. Praep., Dec., Schol., 4 Can., 4 Can. hon., 4 vic. choral. et coop. Patron. Civitatis Magistratus. *Praebendae:* partim in bonis immobil. et decimis redemtis consistunt; partim e fundo relig. dantur et quidem Praep. 1.131 fl. et pro aedibus 525, Dec. et Schol. à 906 fl. 15 kr. 4 Can. à 754 fl. 95 kr. et unicuique horum sex pro aedibus 262 fl. 50 kr., 4 vicar. à 367 fl. 50 kr. — 2. *Capit. concathedral.* Eccl. B. V. M. Assumpt. Justinopolit. cum Praep. mitrat., Dec., 3 Can., 4 Can. hon. Praebendae ex bonis propriis.; 3 vic. choral. et coop., qui e fundo rel. à 220 fl. 50 kr. supplem. dotationis habent. — 3. *Capit. colleg.* Aemoniae (Cittanova, Novigrad) cum Archipr., 2 Can. cur., 2 aliis. jurispatr. caesarei. — 4. *Capit. colleg.* Pyrrhani cum Archipr., 5 Can. cur., 2 aliis, jurispatr. caesar.

5. *Alia.* Par. 85, vicar. paroch. 6, capell. local. et cur. simpl. 25, capell. eccl. filial. 40, cooper. paroch. 112, benef. simpl. non curata 50, additis 35 praeb. canonical. 353. E fundo relig. *dotantur:* 3 par. (1.665 fl.), 3 cap. loc. (945) 2 expos. (630 fl.) 31 cooperat. (9.555 fl.), *dotationis supplementum* habent: 5 par. (655 fl.), 1 vicar. (473 fl.), 3 cap. loc. (496 fl.), 8 expos. (404 fl.), 11 cooperat. (1.411 fl.). Accedunt 2.699 fl. pro diversis. De jure providendi vide tab. II.

VIII. *Scholae.* Gymn. 3, scholae real. infer. 3, normalis 1, capit. 5, Praeterea 1 acad. commercii, 1 acad. nautica.

IX. *Administratio.* 1. *Consistorium* cum 7 Consil., Cancellario, 4 offic. 2 cursor. E fundo relig. dantur 2.063 fl. — 2. *Tribunal matrim.* cum Vice-Praes., 5 Consil., 1 def. matr., 1 Secret. Anno 1862 sunt tractatae 40 sep. a thoro et mensa, 36 sponsal. causae.

X. *Fundus relig.* Tergest. habet *redit.* 13.696, *expens.* 77.591.
„ *studior.* „ „ „ 23.828, „ 36.333.

§. 40.

D. *Dioecesis Vegliensis (Veglia).*

Erecta saec. XImo ineunte, continet insulas et districtus Vegl., Chersin. Lussin. Arbe, Pago, mil. □ 20.

Episcopus: Ioannes Josephus Vitezich, natus 27. Aug. 1806, ord. 30. Sept. 1829, inthron. 23. Mart. 1855.

I. *Status animarum:* Cath. 42.702.

II. *Clerus:* 1) *Capit. Cathedr.* Praep., Dec. 4 Can. cap., 2 hon. 2) *Capit. colleg.* a) Ossero cum Archipr. et 4 Can., 6) Cherso cum Archipr. et 4 Can. 3) 6 *capit. rural.,* 7 Decan., 19 par., 23 cur., 3 cap. expos., 139 sac. saec.

III. *Regulares:* 10 conv. Reform. cum 17 sac. 13 L. p. — 3 conv. Monial. *Benedict.,* 1 mon. Francisc., cum 20 soror. 2 nov.

(Quum neque Schematismus, neque ulla informatio alia mihi in promptu sit, plures notitias dare nequeo.)

§. 41.

E. *Dioecesis Parentinae et Polensis (Parenzo-Pola.)*

Utraque est erecta a. 524, saeculo XIXmo ineunte partim Tergestinae, partim dioec. Zengg adjecta est; — a. 1828 quae reliqua erant, unita sunt. Episcopus residet Parenti. Est:

Georgius Dobrila, natus 16. Apr. 1812, ord. 11. Sept. 1837, inthronis. 16. Maji 1858.

I. *Status animarum:* Cath. 62.946.

II. *Situs:* In Illyria, habet 6 decanatus.

III. *Clerus* et *beneficia:* 1. Capit. Cathedr. Parent. cum Praep., Dec., 4 Can. capitul., 6 hon. 2. Capit. concathedr. Polense cum P., D., 4 Can., 6 hon. 3. Capitula collegiata: a) Rovigno (Praep., 7 Can. cur.). b) Montona (Dec., 3 Can. cur.). c) Albona, (3 Can. cur.). d) Barbana (3 Can. cur.) 4. 48 par., 8 expos. — 118 sac. saec. — 1 conv. *Reform.* cum 4 sac. 6 Laic.

E *fundo relig. illyr. (redit.* 18.239, *expens.* 76.414 fl.) solvuntur *dotationes:* 3 vic. choral. Parent. à 262 fl 50 kr., 4 vicar. Vegl. à 252 fl. 50 kr., 12 cooperat. (2.520 fl.), *dotat. supplem.* pro: episc. et capit. Parent. 1.918 fl., capit. Vegl. 420 fl., 99 parochis 14.374, 1 cap. loc. 29 cur. 20 expos. 34 coop. in summa 15.122 fl.; pro 19 Reform. 3.339 fl., pro aedibus episcoporum 915 fl., pro Consist et Ordinar. 1344 fl.

Fundus studior. illyr. non existit.

II.

PROVINCIAE ET DIOECESES

IN

REGNO BORUSSIAE SITAE.

INTRODUCTIO.

Notitiae generales, quae ad omnes dioeceses borussicas sunt referendae.

---

§. 42.

De situ et circumscriptione.

Reorganisatio et circumscriptio dioecesium borussicarum facta est per bullam *Pii* VII. „De salute animarum" dat. 26. Jul. 1821. Hac bulla factum est, ut, exceptis partibus Silesiae, quae ad dioeceses Pragensem et Olomucensem jam antiquitus pertinebant, Catholici regni borussici Ordinariis borussicis tantum subjecti sint. Contra vero, ut apud singulas dioeceses patebit, Ordinarii borussici partim in regiones aliorum principum jurisdictionem exercent.

Quoad situm dioecesium, diversitates quidem existunt, quum dioeceses Vratislaviensis, Paderbornensis, Coloniensis, Trevirensis partim regiones montuosas contineant. ceterae vero campos patentes. Ast ejusdem momenti, ut in Austria vel Bavaria hujusmodi differentiae non sunt.

Circuitum si spectes, dioeceses omnes satis amplae sunt, aliquot nimiae, praesertim Vratislaviensis et Paderbornensis. Beneficiorum, imprimis parochiarum numerum considerantem haud fugit, quam sint numerosae relative ad dioeceses austriacas. Clericorum numerus generaliter sufficere videtur. Accedit, quod monasteria, conventus, congregationes virorum pauca existunt, ita ut totus clerus, exceptis haud multis rei scholasticae vel administrationi deditis, curam animarum exerceat.

In dioecesibus Vratislav., Varmiensi catholici in plerisque regionibus cum acatholicis permixtim vivunt; idem est de aliquot regionibus reliquarum dioecesium, quae eo inter se differunt, ut in majoribus et praesertim antiquis

partibus catholici aut soli aut certe major incolarum pars sint, in partibus novis vero acatholici longe praevalcant. Qua re saepe curam animarum et ipsam jurisdictionem esse difficilem constat.

§. 43.
De statu animarum.

Registra, quae vocantur, status civilis (cf. §. 2.) in dioecesibus Varm., Culm., Gnesn. et Posnan., Vratislav., Paderborn., Monast. quoad catholicos a parochis catholicis conficiuntur et fundamentum habentur status civilis quoad rempublicam. Exemplaria indicum mortuorum trimestrium et fine anni registrorum ceterorum tribunalibus 1mae instantiae a parochis traduntur. Ad conficiendos indices juvenum ad militiam obligatorum et populi numerus baptismorum, matrimoniorum, mortuorum officiis regiis (Landrathsämtern) dantur. Ordinariatibus indices communicantium et animarum cujusque parochiae quotannis traduntur. Revisio matricarum fit in visitandis parochiis.

In dioecesibus Coloniensi et Trevirensi, ubi jus franco-gallicum viget, (exceptis iis regionibus, ubi jus borussicum vel commune obtinet, pro quibus idem, ut supra, dicendum est) matricae ecclesiasticae *in foro civili* non agnoscuntur; „officiales status civilis" eventus illos referunt in indices publicos ex hisque in documentis publicis testantur. Nihilominus vero eaedem matricae a parochis geruntur, qui *quotannis* Ordinariatui indicem matrimoniorum cathol. et mixtorum, conversionum ad fidem cath., apostasiarum a fide cath., et nova schematismi editione facienda conspectum animarum, beneficiorum, scholarum cet. tradere sunt jussi.

§. 44.
De clero.

I. *Educatio.* 1. *Seminaria puerorum* hocce momento in omnibus dioecesibus existunt, quae Ordinariis tantum subjecta sustinentur ex donationibus cet. (§. 3.). Alumni gymnasium publicum frequentant, nisi cum ipso seminario gymnasium episcopale (privatum) sit conjunctum (ut in dioec. Monaster.). Qui examen, quod vocatur maturitatis, non superaverunt, ad theologiae studium non admittuntur. Episcoporum est libere ordinare, quos Canones permittunt.

2. Candidati *theologiae* studentes aut in universitate vel academia publica triennium academicum absolvunt, id quod valet in dioecesibus Coloniensi et Monasteriensi, quo facto per annum sive annum et dimidium in seminario degunt. Quam universitatem vel academiam adire velint, eorum arbitrio relinquitur. Aut in academia s. lyceo cum seminario conjuncto, ut in dioecesibus Posnan. et Gnesnensi, Varmiensi, Culmensi, Paderborn., Trevir., triennium absolvunt et deinde in seminarium recipiuntur. Hoc casu plurimi in seminario, aliquot vero in ipsa civitate vivunt. Sed in his quoque dioecesibus nihil

obstat, quin juvenes aut totum triennium aut saltem annum vel biennium in facultate aliqua theologica versentur. Ubi cum facultatibus ipsis convictus s. convictorium sit conjunctum, suo loco indicabitur. Professores institutorum theol. Trevir., Paderborn., Gnesn. et Posn., Culm. a solo Ordinario, reliqui theologiae professores praevio Ordinarii consensu a gubernio civili nominantur.

3. In *seminarium clericorum* ii tantum recipiuntur, qui examine ex omnibus theologiae partibus superato dignos se praebuerunt. Omnes dioeceses seminarium habent, cujus dotatio partim bonis immobilibus, partim reditu ab aerario solvendo consistit. Alumni plurimi suis vivunt expensis, pars gratis alitur. Directores cet. ab Ordinariis libere nominantur.

3. *Titulus Ordinationis* constituitur aut ex obligatione ab aliquo privato possessore facta, qua victus necessarius promittitur (ut in dioecesibus Monasteriensi, Paderbornensi, Vratislav.) aut est *mensae episcopalis* vel *seminarii* (ut in iisdem dioecesibus et in Culmensi, Varm., Posnan. et Gnesnensi) aut est *missionis* (hic in dioecesibus Colon. et Trevir. fere unicus viget). Titulus patrimonii vel pensionis raro, beneficii rarissime occurrit. Pro regularibus tituli regularium speciales vigent.

5. *Cura emeritorum.* In omnibus dioecesibus existunt *domus emeritorum,* quarum dotatio ex aerario venit secundum bullam „De salute animarum.“ In hac domo recipiuntur sacerdotes, qui aut beneficium nondum habuerunt et alio modo non adhibentur, utpote in cancellaria cet., aut quorum beneficia minora erant, quin pensio sufficiens iis detur. Domus ipsae Ordinariis subsunt.

6. *Cura demeritorum.* Suam quaeque dioecesis habet demeritorum domum ex aerario fundatam secundum bullam „De salute animarum“ et Ordinariis subjectam.

§. 45.

De beneficiis.

1. *Congrua.* Quoad parochias in dioecesibus Colon. et Trevir., ubi jus francogallicum viget, vide quae §. 51. VI. dicentur. Pro aliis dioecesibus nulla existit lex generalis, quae certam congruam statuat, sed ordinarii est, pro locorum diversitate ejus quantitatem finire. Plerumque summa 400 thalerorum minima congruae parochialis habetur. Longe plurimae ubique parochiae majorem habent reditum ex bonis immobilibus, hypothecis, decimis, fundationibus cet. provenientem; reditus inter se valde differunt. Decimae in multis regionibus sunt redemtae, aut antea parochis non competebant; census vero reales (ut avena missae et similes) in multis regionibus adhuc solvuntur. Aerarium publicum pro aliquot parochis, quae congruae desunt, supplet.

2. In quibusdam dioecesibus usus obtinet, sacerdotes in parochias vacantes mittendos non statim ut parochos investiendi, sed per aliquod tempus, saepe per multos annos, ordinandi in administratores.

3. Plurimi parochorum cooperatores, qui mox *capellani* mox *vicarii* vocantur, in dioecesibus Paderborn., Monaster., Culm., Varm., Posn. et Gnesn., Vratislav. *beneficia* habent, pauci meri sunt cooperatores, quos Ordinarius ad nutum amovibiles ordinat. In dioecesium Colon. et Trevir. regionibus juri gallico subjectis omnes sacerdotes curam animarum exercentes, solis parochis „cantonalibus" exceptis, „ad nutum sunt amovibiles."

4. Parochiae iis tantum conferuntur, qui in *concursus parochialis* examine sunt approbati. Hoc examen est generale ex facultatibus a S. Sede in singula triennia concessis institutum ad normas iis similes, quae supra (§. 5. sub 3.) expositae sunt. Aliqua parochia vacante fere nusquam concursus indicitur, sed, quum agatur de parochia collationi liberae subjecta, Ordinarius ei, quem dignum existimat, confert, quum vero patronatui subjaceat, patronus ex approbatorum numero unum praesentat.

5. Uti e tabula II. apparet, in aliquot dioecesibus longe maximus beneficiorum numerus liberae est collationis, in aliis magnus quidem patronatuum numerus, sed minime talis, ut ordinarii viros dignos promovendi facultatem non habeant. Quapropter, si addas magnum beneficiorum numerum et consideres, plurima beneficia ad victum honestum praebendum sufficere, recte dicendum est, clericorum conditionem multo meliorem esse, quam austriacorum. Itaque fit, ut in aliquot dioecesibus non modo non adsit sacerdotum penuria, sed etiam abundantia, et clerus regulariter suppleatur non tantum ex inopibus et humili loco natis verum persaepe ex honestioris loci juvenibus. Profecto denique affirmari debet, totam cleri conditionem bonam esse, ubique eum auctoritate florere, praesertim quum singuli non alieni sint a literis.

6. *Fructus beneficiorum intercalares* deductis administrationis expensis plerumque ipsius beneficii fiunt. Ubi vero communitas, ut in dioecesibus Colon. et Trevir. parochi vel vicarii salarium aut totum aut pro parte solvit, vacante beneficio non solvitur, excepto administratoris salario.

7. *Collatio praebendarum capitularium. Praeposituras* capitulorum archiep., cathedral. et Aquisgran. et *canonicatus mensibus papalibus vacaturos* confert summus Pontifex, qui *Regi* per indultum provisionem concessit et nominato, idoneitatis testimonio ab Ordinario accepto, institutionem dat canonicam. *Canonicatus* reliquis sex mensibus vacaturos et omnes *vicariatus* s. praebendas libere conferunt archiepiscopi et episcopi respectivi.

§. 46.

De Episcopis.

1. Omnes episcopi secundum bullam „De salute animarum" *eliguntur* a capitulis, quae ex brevi pontificio diei 18. Jun. 1821 ante electionem certi esse debent tenentur, ne persona eligenda regi sit minus grata.

2. *Mensa episcopalis* (summa apud singulas dioeceses constat), ex aerario datur, quum bullae memoratae de hac re stipulatio, ut „super publicis regni silvis nominatim designandis tot census auctoritate regia imponantur, quot sint dioeceses dotandae“ cet. ad executionem nondum sit deducta. De dioecesibus Vratislav. et Culm. vide quae ibi dicentur.

Taxa camerae in bulla memorata finita ubique est adnotata.

4. Libera episcoporum jurisdictio secundum jus canonicum ex legis regni fundamentalis articulis 15. („Ecclesia evangelica nec non romano-catholica, ut omnis alia societas religiosa, ordinat et administrat suas res libere et manet in possessione et fructu institutorum, fundationum, fundorum, quae ad earum cultus, instructionis, caritatis fines sunt destinata“) 16. („Commercium societatum religiosarum cum superioribus nullomodo impeditur. Publicatio ordinationum ecclesiasticarum iis tantummodo subjacet conditionibus, quibus omnes reliquae publicationes subjacent.“) 18. („Jus nominandi, praesentandi, eligendi, confirmandi in providendo beneficiis ecclesiasticis, in quantum reipublicae competit, neque in jure patronatus aut titulo speciali fundatur, sublatum est.“) libere exercetur. Libertas, qua ecclesia catholica gaudet, nusquam Germaniae major est.

§. 47.
De administratione.

1. Vicarii foranei sive *decani* (hoc nomine recensentur in omnibus dioecesibus, excepta Vratislav., ubi *archipresbyteri* nominantur) in plerisque dioecesibus (Colon. Trevir. Monast. Paderborn. Culm.) a parochis eliguntur, ab Ordinario confirmantur et instituuntur, in aliquot ab Ordinario nominantur. Eorum officium *ecclesiasticum* idem est atque in Austria (§. 7.). *Inspectores scholarum* expressa tantum gubernii vocatione constituuntur. In aliquot dioecesibus vicariatus subdividuntur in *definitiones* cum definitoribus eodem modo instituendis. Colloquia cleri ubique semel aut pluries per annum fiunt.

2. Superiora officia: *Vicariatus generales, Ordinariatus,* ab episcopis libere, praesertim e canonicis, componuntur. Expensae partim ex aerario, partim e *taxis* fiunt. *Tribunalia* pro *causis matrimonialibus* (quorum sententiae ex lege civili d. 2. Jan. 1849 nullam in foro civili habent vim) et *clericorum disciplinaribus* ubique existunt. In omni dioecesi *laicus jureconsultus* (syndicus, cancellarius) apud vicariatum generalem cet. adhibetur.

3. *Episcopus auxiliaris* in part. inf. pro unaquaque dioecesi secundum bullam „De salute animarum“ nominari solet.

§. 48.
De tributis ecclesiasticis et civilibus.

1. *Tributa ecclesiastica* sensu stricto non vigent. De *alumnatico* in dioecesi Vratislav. vide ibidem. In singulis dioecesibus pro ecclesia cathedrali

tributum viget; solvuntur enim a locupletibus in actu baptismi 5, copulationis 10, sepulturae $1^1/_2$ grossi (ord. reg. 23. Mart. 1830). A clericis ad fines generales libere certae summae annuae dantur, ex. gr. pro fundo emeritorum, seminario puerorum cet. Clerici rogari solent, quantam summam annuam solvere velint. — *Collectas* ad fines ecclesiasticos indicere episcopi libere possunt.

2. Coemeteria, areae aedes sacras cingentes, ecclesiae, capellae, reliquae aedes ad cultum divinum destinatae, aedes, quae ad ministerium pertinent episcoporum, canonicorum, sacerdotum curatorum, seminariorum aedes, bona fabricae vectigalis agro impositi sunt immunes. Reditus, quem clericis munus dat, eodem modo tributi ex censu conferendi communalis est immunis. Reliqua tributa ab ecclesia sunt solvenda, singularia vero non existunt.

§. 49.

De fundis generalibus et bonorum ecclesiasticorum administratione.

1. Fundus generalis (vide §. 9.) neque pro regno neque pro singulis existit provinciis. Recenti vero tempore in singulis dioecesibus fundus colligi coeptus est ex variis reditibus, e quo expensae feruntur, ad quas ferendas neque specialis fundus existit, neque ullus obligatus est.

2. *Bonorum administratio* ex lege fundamentali (vide §. 46. num. 4.) omnino est libera, nullis aliis nisi ipsius ecclesiae legibus finita. Respublica nullum aliud exercet jus, nisi quod ex titulo speciali (ex. gr. jure patronatus) possidet. Etiam patroni privati iis tantum juribus fruuntur, quae dispositiones juris ecclesiastici tribuunt. Administrantur bona ecclesiarum a (parochis et aliquot parochianis) collegio, qui vocantur vitrici, magistri fabricae (Kirchenrath, Kirchenvorstand) secundum ordinationes ab Ordinariis emissas. Membra collegii ab Ordinariis confirmantur.

§. 50.

De scholis.

1. Omnes *scholae elementares* sunt confessionales i. e. aut „catholicae“ aut „evangelicae“; magistrum s. magistros eandem habere confessionem oportet. Ille scholae character religiosus aut fundatione aut traditione nititur aut, ubi dubium adest, a gubernio secundum certa principia firmatur vel agnoscitur. Character scholae non vetat, liberos in scholae districtu viventes et alteri confessioni addictos scholam frequentare. Lex fundamentalis (art. 24.) statuit, „ut in instituendis scholis elementaribus publicis conditionum confessionalium quantum fieri possit, ratio habeatur“, et legem promittit, qua haec res funditus ordinetur. Quae lex nondum est promulgata. Scholae „simultaneae“, in quibus magistri utriusque confessionis in classibus diversis docent aut per

turnum magister catholicus et evangelicus ordinatur, secundum ordinationem regiam d. 4. Octobr. 1821 institui non debent, nisi urgeat necessitas et utraque communitas religiosa cum parochi respectivi consilio et approbantibus superioribus ecclesiasticis et civilibus id statuat. Hujusmodi scholae paucissimae sunt et in dies magis tolluntur. Contra persaepe fit, ut pueri puellaeve catholici scholam acatholicam frequentent et vice versa, praesertim in regionibus, ubi catholici et evangelici permixtim vivunt, ut in Silesia et Borussia occidentali.

2. Superioris ecclesiastici est, *institutionem religiosam* dirigere, catechismos reliquosque libros religiosos, modum docendi religionem designare; hoc jus exercet aut certus commissarius aut inspector circuli ecclesiasticus aut inspector loci i. e. parochus. Methodum inspiciendi gubernio fas est, materiam hujus instructionis respicere non est.

3. Jura episcoporum diversissima sunt. In dioecesi *Vratislav.* episcopus magistris, quisquis eos praesentaverit, elegerit, nominaverit, postquam gubernium eos approbavit, *decretum* confert; idem jure proprio scholas cum gubernio inspiciendi gaudet. In dioecesibus Colon. et Trevir. Ordinarius neque in vocandis neque instituendis magistris partes agit; vocantur magistri a gremio quodam communali, cui interest parochus. In dioecesibus Monaster. et Paderborn. gubernium, priusquam magistrum instituat, Ordinarium interroget oportet, num quid contra instituendum ex ratione ecclesiastica dicendum sit. Si Ordinarius non excipiat, gubernium decretum confert, episcopus missionem dat canonicam ad instructionem religiosam, quae omni momento potest revocari. Num magister, cujus missio canonica revocata est, in officio permanere possit, adhuc ambigitur. Haec res litibus ansam praebet. Nam aut magister statim dimittendus est. ne schola instructione religiosa careat, aut scholae adsunt, in quibus religio non docetur. Magistris deponendis Ordinarii non intersunt, de hac re valet „lex disciplinaris“ d. 21. Jul. 1852. Ubi magister simul officio quodam ecclesiastico fungitur, utpote sacristae, organistae cet., utraque postestas in eadem persona consentiant oportet. Quodsi magister ab officio tali per Ordinarium deponatur, gubernii, cui sententia communicatur, est videre, num quoque a magisterio deponi possit vel debeat.

4. *Seminaria magistrorum* sub inspectione et ordinatione gubernii sunt, praeter religionis doctionem, quam Ordinarius per commissarium regit. Ut directores instituuntur sacerdotes consentiente Ordinario. Si tale seminarium majus est, alter sacerdos pro catechesi aliisve disciplinis ordinatur, reliqui magistri sunt laici et a gubernio tantum vocantur. Examinibus, a quibus pendet docendi facultas, commissarius episcopalis quoad examen e religione cum voto decisivo interest, quoad reliquas disciplinas voto caret. Qui pro religione docenda non approbatur docendi facultate caret.

5. *Gymnasia* quoque secundum confessiones discernuntur in catholica aut

evangelica; pauca tantum „simultanea" existunt. Si scholares respicias, fere omnia sunt mixta, quare catechetam utriusque confessionis habere solent.

6. *Scholae reales,* quas tempore recenti communitates fundaverunt et sustinent, de jure confessionales non sunt, quum tam catholici quam acatholici, immo partim et judaici magistri a communitatibus vocentur. Ministerium cultus operam dat, ut harum scholarum „characterem christianum" conservet vel inducat. *Scholae mediae* inter elementares ex una, et gymnasia vel scholas reales ex altera parte adhuc confessionales sunt.

7. *Omnis res scholastica* supremae reipublicae inspectioni subjacet, excepta religionis doctrina. Respublica vero cum ecclesia eo agit conjunctim, quod inspectionem fere per sacerdotes tantum exercet. Primus scholae inspector quoad res scholarum internas est loci parochus, qui membrum, ut ita dicam, „nativum" „praesidii scholastici" habetur. Circa majorem scholarum complexum „inspectores circuli scholarum" inspectionem habent ex utriusque confessionis clericis assumendi et immediate gubernio subjecti. In omni gubernio pro re scholastica elementari *consiliarii scholastici* in hoc genere versati instituuntur, *fere omnes* clerici (quondam *parochi* cath. et evang. directores, inspectores), quos ministerium prius habita deliberatione eum episcopis, quantum spectat ad catholicos, nominat; in dioecesibus Monast. et Paderb. nullus nisi sacerdos instituitur, qui decretum ab utraque potestate confirmatum recipit. Ubi hic consiliarius laicus est, inspectio religiosa alteri ab episcopo confertur, qua re rixae ansa praebetur. Consiliarii catholici non existunt apud gubernia Gumbinn., Coeslin., Stralsund., Stettin., Francofurt. ad Viadram, Potsdam., Magdeburg., quum in his districtibus pauciores sint scholae catholicae, ita ut res scholarum cath. ibi a consiliariis evang. tractentur. Contra consiliarii evang. in ipsis guberniis Trevir. et Aquisgran. adsunt, quamvis paucissimae ibi existant scholae evangelicae. — Gymnasia et scholae reales primi ordinis subsunt *„collegiis scholast. provincialibus",* quibus tota provincia subdita est. Habent *„consiliarios schol. provinciales"* cath. et evang. *laicos,* qui plerumque directores hujusmodi scholarum fuerunt. Tam hi quam magistri, exceptis catechetis ab episcopis missione canonica donandis, a gubernio libere nominantur. Institutio religiosa et sacrorum ordinatio Ordinariorum eorumve commissariorum est; regendis reliquis disciplinis non intersunt. Si mala occurrant, eorum est, collegium schol. prov. certius facere et rogare, ut remedium inveniat. Religionis magister consentiente episcopo ordinatur.

8. *Universitates* immediate *Ministerio cultus* subsunt. *In hoc* res catholicarum schol. elem., gymnasiorum, scholarum realium, fucultatum cath. theologicarum in universitatibus existentium, earum cathedrarum in universitatibus existentium, ad quas vocetur catholicus ex statuto oportet [una cathedra philosophica et historica et juris canonici in universitatibus *Bonnensi* et *Vratislaviensi catholico professori* dari debet], academiae Monasteriensis, lycei denique Brauns-

bergensis (Hosiani) a consiliario catholico tractantur. Universitates *Bonn.* et *Vratislav.* de jure *pares* habentur [i. e. tam cath. quam evang. docere et professores institui possunt], *Hallens.*, *Regiomont.*, *Gryphiswald. evangelicae* habentur; de *Berolinensis* „charactere" certatur. Vide de hac re libros: *Beleuchtung der Parität* in Preussen auf dem Gebiete des hohen und mittleren Unterrichts. Freiburg i. B. 1862., *Denkschrift* über die Parität an der Universität in Bonn. Freib. i. B. 1862.

9. *De scholis sustentandis* leges provinciarum inter se differunt. In provincia Rheni (dioec. Colon., Trevir. et pars Monast.), et Borussiae, quae e fundationibus sustineri nequeunt impensae a communitatibus civilibus sunt faciendae, in Borussia secundum ordinationem schol. a. 1847. Anni 1848 eventus impediverunt, quominus illud principium in singulis provinciarum ordinationibus scholast. statueretur. Ubi communitates omnes expensas ferre nequeunt, aerarium subsidium praebet. Quae titulis specialibus nituntur privatorum obligationes lege non sublatae sunt. In reliquis provinciis obtinet jus borussicum (Allg. Landr. Th. II. Tit. XII, praesertim §§. 29 sqq.), quod statuit, ut sustententur ex collectis a possessoribus praediorum faciendis, et mercedem postulari vetat. Ast merces praeceptoris fere ubique exigitur. Permultae communitates, praesertim magna oppida, voluntarie ad sustentandas scholas se obligaverunt, ita vero, ut regulariter tantum scholas ejus confessionis sustineant, quae majorem populi partem numerat, minor pars ad alterius partis scholas contribuat, proprias vero suis impensis sustentet i. e. duplum solvat. Lex, quae contra talem iniquitatem remedium praebeat, deest.

Scholae majores e reditu bonorum propriorum et subsidio reipublicae vel communitatis sustentantur. Qui scholas sustinet, plerumque jus eligendi atque instituendi magistros habet.

Quae hucusque exposita sunt, statum rei scholasticae actualem apprime describunt. Hic vero minus legibus quam ordinationibus et principiis administrationis nititur. Generaliter dici non potest, in tractanda re scholastica catholicorum et evangelicorum difformitatem esse. Num lex de hac re promulganda easdem sequatur rationes, quaeritur. Duae inter se confligunt opiniones diversissimae. Alii intendunt, ut exacta mutuaque aequalitas adsit et utriusque ecclesiae vis in scholam lege ipsa confirmetur; alii talem vim necessariam quidem esse fatentur, sed eam lege ipsa firmari nolunt, quum, nisi ecclesia, quae civitas postulet, concedat et „ultra terminos progrediatur", totam rem scholasticam soli reipublicae de jure legeque addici malunt.

I. Provincia Coloniensis.

§. 51.

A. Archidioecesis Coloniensis (Cöln).

Erecta esse fertur a S. Materno (88—138), S. Petri Ap. discipulo; eam jam temporibus secundi *S. Materni,* qui sextus dicitur fuisse episcopus (285—315), erectam fuisse constat. In metropolim a. 798 erecta dioeceses *Leodiens., Monaster., Osnabrug.* suffraganeas habuit. Anno 1803 saecularis reddita (ex parte jam decennio ante occupata) bulla *Pii* VII. *„De salute animarum“* 16. Jul. 1821 restituta, episcopatu Aquisgranensi a. 1801 erecto et metrop. Mechliniensi subdito suppresso, dioec. *Trevir., Monaster., Paderborn.* suffraganeas recepit. Usque ad a. 1803 numerantur 87 ep. et archiep., exinde 3 archiepiscopi 88vus est

Paulus Melchers, nat. 6. Jan. 1813, episcopus Osnabrugensis 20. Apr. 1858, a Sua Sanctitate nominatus et praecon. archiep. Colon. 8. Jan. 1866.

Mensa: 12.000 Thaleri. Taxa camerae: 1.000 fl. aur.

I. *Situs.* Continet districtus gubern. boruss. *Coloniensem, Aquisgran.,* magnam partem *Düsseldorp.* et parvam *Trevirensis. Circuitum* habet 205¼ □ mil.

II. *Dividitur* in 44 decanatus, quorum quisque in duas *definitiones* subdividitur. Decani ab Ordinario nominantur ad dies vitae e tribus candidatis a decanatus parochis nominandis. Definitor unus ab Ordinario, alter a parochis eligendus Ordinario confirmandus proponitur (Concil. prov. a. 1860. P. II. cap. VII. pag. 103).

III. *Status animarum* (1862): *Cath.* 1,368.100. *Acath.* 457.194. *Judaei* 16.373.

Per annum circ. 27.000 per diversos decanatus *confirmat.* sacram. reficiuntur, ita ut singulis septenniis per totam dioecesim porrigatur.

Circiter ad 27 incolas 1 nasciturus est, puerorum numerus puellarum superat, sunt ad invicem ut 50.96 : 49.4.

A. 1861 *matrimonia mere cath.* 9.046, *mixta* 510 [et quidem 418 cum promissione educat. liberorum cath. coram parocho catholico; 92 coram ministro acatholico, e quibus liberi aut omnes aut unius sexus acatholice educabuntur] sunt inita. Matrimonia mere civilia (lege civili permissa) „rarissime“ (ut dicit relatio Ordinariatus) occurrunt.

Mortuorum numerus annuatim est 2.67 pro cent. vivorum.

Registra (libros) matrimoniorum, natorum, mortuorum *quoad effectum civilem* a parochis geruntur tantum in decanatu Essen (11 paroch.), ubi „jus territoriale borussicum“ et in decan. Erpel (12 par.), ubi „jus colon. vetus“ obtinet. In reliquis hi libri effectum mere eccles. habent; *pro foro civili* tenentur a magistratibus (secundum jus francogallic. civile). In reliquis indices ulli a parochis civitati non dantur.

Converterunt ad eccless. cath. a. 1861 acath. 132, ab ecclesia ad protestantismum *defecerunt* 2.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* *1. Seminaria pueror.* 2, *Neuss* fundat. a. 1852 cum 46, *Münstereifel* (fundat. 1856) cum 43 alumnis, qui gymnasium publ. frequentant. *2. Seminar. cleric.* Coloniae cum *Praes., subreg.*, 4 Prof., 1 rationar., 68 alumnis (11 diac., 3 subdiac., 54 minorist.). *Convictorium Bonnense,* cum *Insp., Oecon.,* 3 *repetentibus,* 94 alumnis. Alumni seminarii studii theolog. triennium absolverunt, alumni Convictorii studiis theolog. in Facultate theol. universitatis Bonnensis occupantur. Haec facultas habet 4 Prof. ord., 3 extraord., 1 privatim docentem, et circ. 240 studiosos. Pro seminario et convictorio ex aerario annua summa 7.470 thal. datur, reditus est 19.190 thal.

b. *Titulus ordinationis* ordinarius est *missionis,* raro patrimonii et beneficii.

c. Pro *domo emeritorum* ex aerario datur summa annua 4.000 thal. Praeterea *„fundus cardinalis",* factus in memoriam creationis archiep. de Geissel in Cardinalem, necessarium supplet.

d. Pro *domo demeritorum* ex aerar. datur sum. an. 2.000 thal. Ea commissa est PP. Lazaristis, quorum duo in ea funguntur.

e. *Status* (1862): sac. saec. 1673, et quidem: 3 dignit., 11 canon. numerarii, 6 honor.; 780 par., 713 vic., 22 jubilati, 14 extra dioec. Neo-ordinati 91. Sac. curati 1.487, regul. 91. Summa sacerdotum 1.764.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* *1.* Jesuit. 3 coll., 43 sac. — *2.* Dominic. 1 conv., 4 sac. 2 l. p., 6. — *3.* Reform. 3 conv., 18 sac., 7 cl. p., 16 l. p. 3 nov., 44. — *4.* Lazarist. 5 mon., 19 sac. — *5.* Redemptor, 1 coll. 6 sac. — *6.* Trappist. 1 mon. 4 sac. 2 cl. p. 1 nov., 12 l. p. 5 nov., 24. — *7.* Alexiani 3 coll. 3 hosp., 42 Laici p. 5 nov., 47. — *8.* Fr. paup. S. Franc. 2 mon. 15 l. p. — *9.* Fratres scholar. (Lasalle) 1 mon. 5 l. p.

Summa 209.

Alexianorum et fratrum 3. ord. congregationes jurisdictioni Ordinarii subsunt, reliqui Generalibus resp. Superioribus regularibus. Exceptis monasterio uno Reformat. et tribus Alexian. omnia monasteria novae fundationis (i. e. post saecularisationem) sunt.

B. *Religiosae.* *1.* Bened. perp. adorat. 1 mon., 23 moniales. — *2.* Clariss. 1 m. 15 mon. — *3.* Carmelit. 2 mon., 25 m. — *4.* Ursul. 7 m., 118 mon. — *5.* Christens. s. August. 1 d., 12 sor. — *6.* Sor. S. Vinc. 2 d., 14 sor. — *7.* Mon. Cust. S. Mariae 1 d., 14. — *8.* Sor. Cust. S. Elisab. 2 d., 33. — *9.* Franc. paup. 3. Ord. 15 d., 180. — *10.* Franc. S. Familiae 3 d., 28. — *11.* Sor. S. Elisab. 8 d., 110. — *12.* Sor. car. Congr. a S. Cruce 5 d., 90. — *13.* Cellit. ad St. Gertrud. 1 d., 13. — *14.* Recollect. 1 d., 34. — *15.* Filiae SS. Cord. Jesu 1 d., 4. — *16.* Sor. schol. paup. de N. D. 1 d., 3. — *17.* Sor. Inf. Jesu paup. 16 d., 196. — *18.* Sor. Boni Past. 2 d., 23. — *19.* Ancillae paup. Christi (Dernburg) 22 d., 78. — *20.* Sor. car. S. August.

2 d., 17. — *21.* Sor. car. S. Car. Borr. 11 d., 106. — *22.* Sor. SS. Salvatoris 1 d., 9. — *23.* Sor. dictae Stephanshof 1 d. 2. *Summa:* 1124.

Ex his domibus mon. Christens., 3 Elisab., Stephanshof, 1 Cellit., 1 Recoll. 1 sor. custod,, 1 S. Mar., 3 Ursul. et 1 SS. Salvat. jam ante saecularisationem exstiterunt, reliquae postea sunt fundatae. Congr. sor. Inf. Jesu Paup. a. 1862 a S. Sede „laudabile institutum" approbata fuit.

Summa omnium regularinm: 1.333.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos:* 775.

„ *sac. curat.* „ „ „ 920.

Una pers. regularis „ „ „ 1026.

VII. *Beneficia.* 1 Cap. eccl. Metrop. ad S. Petrum Apost. cum *Praep., Dec.* (inful.), 10 can, 4 can. honor., 8 vic., 6 psalterist. (1 cler.), 9 officiant. (1 cler.). Jus providendi §. 45. n. 7. — Praebendae: P. et D. à 2.000 thal.; 3 can. à 1.200, 6 à 1.000, 2 à 800 thal.; vic. à 200 thal. Summa ex aerario pro capitulo danda 17.384 thal., pro fabrica eccl. cath. 19.830 thal. — 2. Cap. coll. B. M. V. Aquisgran. cum *Praep.,* 6 can., 4 honor., 8 vicar., 4 psalt., 8 offic. Summa ex aerario danda est 6.037 thal. —

3. *Alia.* 786 par.; 800 officia diversi generis, comprehensis beneficiis manualibus, quae ob exiguum reditum proprium beneficiatum raro habent. E parochis 616 sitae sunt in sinistra Rheni ripa, quarum 16 tantum sunt 1mae classis (i. e. secundum jus francogallicum cum dotatione ex aerario 1.500 franc or.), 31 secundae class. (i. e. cum dotatione franc. 1.000 ex aerar.), 569 tertiae class. (i. e. cum dotat. 500 fr.). Inter parochias 3tiae class. 40 sunt, quae nullam ex aerario habent dotationem, sed aut propria bona, aut sustentantur a communitatibus cet. Vocantur *paroch. episcopales.* Ceterum fere omnes hortum, agros aliquot et insuper dotationem pecuuiae ex aerario communitatis habent, ita ut, quamvis permultae misserrimae sint, nulla tamen infra summam 300 thal. sit. Aliae parochiae habent bona propria, pauca, olim monasteriis incorporata a republica dotantur.

Jus providendi vide in Tab. II —

Ecclesiae 786 paroch.; 606 filiales et capellae, quarum 174 in dextra Rheni ripa sitae sunt.

VIII. *Scholae.* 1. *Universitas Bonnae,* quae facultatem *theologicam* (vide supra IV. a.) cathol., acath., jur. med. philos. habet; cum ea conjunctum est academia rustica. In Universitate ex fundatione utraque confessio (cathol., „evangel.") aequam habere debet conditionem. — 2. *Gymnasia*: 8 cath. (inter quae „academia equestris" Bedburg), 1 mixtum (i. e. magistris cath. et evang.), 19 „pro"-gymnasia cath. quae non 9 classes, sed 4, 5, 6, 7 tantum habent) plurimum a communitatibus aut privatis fundata et dotata. *Scholae reales* jure secundum confessionem religiosam non separantur. — 3. 1 seminarium pro magistris cath. et 4. scholae elementares 1639. Catechetae ab Ordinario mittuntur, reliqui magistri scholarum mediarum et superiorum a republica; ma-

gistri elementares nominantur a („curatorium", „Schulvorstand") collegio, cujus membrum parochus et magistratus communales sunt.

IX. *Administratio dioecesana.* 1. *Ordinariatus* cum *Dirig. (Vic. gen.),* 7 consil. residentibus 2 extraneis, 5 honor., 2 assessor. 2. *Vicariatus generalis* sub *Vic. gen.* in pontif. et V. g. in spirit. (pro regula idem utroque fungitur munere), 3 Consil., 1 assess. Accedunt 8 officiales minores. 3. *Camera rationum* cum *Dir.,* 6 offic. 4. *Officialatus* (tribunal disciplinare et matrim. 1^{mae} inst.) idemque Tribunal metropolitanum cum Officiali s. Praeside, 5 Consil., 1 assess. et 1 actuar., 1 consil. in causis matrim. *defensoris* munere fungitur.

§. 52.

B. *Dioecesis Trevirensis (Trier).*

A discipulis S. Petri Apost. erecta esse fertur; a. 314 in synodo Arelat. Episc. Trevir. adfuit. Saeculo nono ineunte Metropolis, cui dioeceses: *Mettens., Tulens., Virdun, Nancy, St. Diez* suberant, a. 1802 saecularis reddita (maxima pars jam ex a. 1793 occupata fuit) et metrop. Mettensi subdita a. 1821 restaurata et metrop. Colon. subjecta est. Usque ad saecularisationem nominantur 115 episc. Tempore gubernii gallic. 1 episc. fuit, qui 1816 resignavit, quo facto usque ad a. 1824 sedes vacavit. Exinde fuerunt 2 episc. Tertius est

Leopoldus Pelldram, nat. 3. Maji 1811, ordin. 5. Apr. 1835, inthronis. 11. Jun. 1865.

Mensa: 8.000 thal. *Taxa camerae:* 666$^2/_3$ fl. a.

I. *Situs:* Continet districtus gubern. boruss. *Trevir.* (1$^3/_4$ □ mil. ad archidioec. Colon. pertinent) *Confluent.* (Coblenz, 13$^1/_4$ mil. □ ad Colon. pertinent), principatum *Birkenfeld* magnoduci *Oldenburg.,* et landgravio Hasso-Homburgensi subjectum Oberamt *Meisenheim.* Habet circuitum 213 mil. □.

II. *Dividitur* in 26 *decanatus,* decanatus in *definitiones.*

III. *Status animarum* (1859; schematismus recentior ad manus meas non pervenit: 775.256 (a. 1851 — 736.680). Acath. et Jud. numerum approximative tantum afferre possum, quare me refero ad tabulam I.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. puerorum* cum *Dir.*, Subdir., 189 alumnis. Oeconomiam gerunt sorores S. Car. Borr. Bona administrantur a „consilio admin." sub *Vic. gen.* 4 cons. 1 ration. continente. Reditus e donationibus, collectis cet. est. 2. *Seminar. cleric.* cum instituto theol. habet *Reg., subreg., spirit.*, 7 profess. 56 alumnis in domo ipsa viventibus, 28 externis. Reditus est 17.000 th. (ex aerario 2.851 th.) Bona administrantur a „consilio admin." sub vic. gen. cum 2 cons., 1 ration., 1 oeconomo.

b. *Titulus ordinationis* ordinarius est *missionis.*

c. *Domus emeritorum,* in qua vivunt 3 presb., oeconomiam curant fratres Miseric. Bona administrat „commissio administr." cum *Praes.* et 3 consil.

Reditus 3.791 (ex aerario 2.788) thal. Existit praeterea hospitium Cusanum (fundat. a Card. Nic. Cusano) pro presbyteris et laicis infirmis.

d. *Domus demeritorum* (fratribus miseric. tradita) cum rectore. Reditus 1.459 (ex aerario 1.371) th.

e. *Status.* sac. saec. 840, reg. 28, i. s. 868. Parochi 657, coop. 125, in aliis officiis 36. —

Neo-ord. 28, mortui 17, emeriti pensionati cet. 22, extra dioec. 13., jubilati 11. Sac. curati 782.

Ab a. 1851—1860 ordinati sunt 207 et totidem mortui.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* *1.* Jesuit. 1 coll., 5 sac. 1 l. p. 2 n. p., 8. — 2. Minorit. 2 conv., 7 s. 2 l. p.; 9. — *3.* Reform. 1 res. 4 s. 2 l. p. 1 n. p., 7. — *4.* Fratr. mis. S. Joh. 1 conv. 2 hosp., 14 l. p. 16 nov.; 30. — *5. Redempt.* 1 coll., 12 s. 5 l. p. 2 nov.; 19. — *6.* Fr. schol. paup. 2 coll., 16 l. p. 1 n. p., 11 nov.; 28. — *Summa:* 101.

B. *Religiosae.* *1.* Bened. perp. adorat. 1 mon. 11 m. — *2.* Ursul. 2 m., 44 m. — *3.* Franc. paup. 3. Ord. 1 d., 9 sor. — *4.* Sor. schol. paup. de N. D. 1 d., 22. — *5.* Sor. Inf. Jesu paup. 1 d., 15. — *6.* Sor. schol. S. Franc. Ser. 6 d., 84. — *7.* Sor. Boni Past. 1 d., 7. — *8.* Sor. car. S. Car. Borr. 18 d., 136. — *9.* Sor. car. et schol. S. Spirit. 1 d., 6. —

Summa: 332. — *Summa omnium regularium:* 443.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos:* 893.
„ *sac. curatus est ad Catholicos:* 999.
Una pers. regularis „ „ „ 1790.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* eccl. cath. ad S. Petrum Ap. cum *Praep. Dec.* 8 Can. 4 honor. 6 vic. 4 psalt. 6 officiant. Jus providendi §. 45. n. 7. — Praebendae: P. et D. à 1.400, 2 can. à 1.000, 2 à 900, 4 à 800, vic. à 200 th. Fabrica ecclesiae e bonis propriis habet redit. 5.615 th.

2. *Alia.* 713 parochiae, quarum 679 in sinistra Rheni ripa sitae sunt; 11 sunt 1^mae^, 54 secundae, 583 tertiae classis (vide §. 51. num. VII.) 31 episcopales. 34 parochiae in dextera Rheni ripa sitae propriam habent dotationem. 57 parochiae vacant et a parochis vicinis administrantur. Ecclesiae cath. existunt 808, 82 „simultaneae“ (i. e. in quibus et acatholici cultus functiones exercent), 697 capellae.

VIII. *Scholae.* Praeter *Lyceum* (num. IV. a.) adsunt 2 gymn. cath., 3 progymn. cath., 1 schola realis et industrialis provinc., 11 aliae scholae majores pro pueris, 11 pro puellis, 1693 scholae element. (58 hiemales).

IX. *Administratio dioecesana.* 1. *Consil. eccles. generale* (omnes Capitulares). 2. *Vic. gen.* cum 1 Vic. gen., 4 cons. eccles., 1 justitiario (laico). 3. *Cancellaria episc.* cum registr. et archiv., 2 secret., 1 cancellista, 1 bedello. 4. *Officialatus* cum 1 Offic., 1 def. matr., 3 assess., 1 actuar. 5. *Camera revidend. rationum* sub Vic. gen. et 4 revisor., 1 secret. Pro Episcopo auxil. (Vic. gen. in pontif.)

dantur 800, pro Vic. gen. 800, pro consil. et official. Vicariatus generalis 3.300, pro expensis administrat. 970 thal. ex aerario.

X. *Societates et confraternitates.* 1. Soc. christ. historica et archaeol. 2. Soc. mulierum sub protect. S. Helenae (ad procuranda paramenta cet. ecclesiis pauper.). 3. Soc. mission. S. Franc. 4. Sti Bonificii. 5. Soc. Inf. Jesu. 6. Soc. S. Car. Borrom. (ad propagandos bonos libros). 7. Soc. Opificum cath. (in 11 locis). 8. Soc. S. Sepulchri.

§. 53.

C. *Dioecesis Paderbornensis.*

Fundata a Carolo M. a. 780 primum episcopum a. 795 recepit et hodie 57mum habet. A. 1803 saecularisata, a. 1821 restaurata, et metropolit. Colonien. subdita (antea Mogunt. metrop. suffraganea erat) et valde aucta est. Episc. 57mus est

Conradus Martin, nat. 18. Mai 1812, ord. 27. Febr. 1836, inthronis. 17. Aug. 1856.

Mensa: 8.000 th. *Taxa camerae:* 666$^2/_3$ fl. aur.

I. *Situs:* Continet a. in Borussia, et quidem α) in provincia *Westphal.* districtus gubern. Mindensem et Arnsbergensem, β) in prov. Saxoniae district. gub. Erfurt. Merseburg. Magdeburg; — b. territorium ducatus *Saxo.-Gothani,* principatus *Waldeccens.* et *Lippensem. Circuitus* est 758.50 □ mil.

II. *Dividitur* in 31 *decanatus:* decani a parochis eliguntur, ab Ordinario approbantur.

III. *Status animarum* (1862). Cath. 627.083. Acath. circ. 2,760.000 Jud. circ. 7.000.

a. *In Borussia.* Cath. 623.667, b. In principatu *Lippe:* 2.163, c. in princ. *Waldeck* 1.123, d. in *ducatu S. Gotha* 130.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminaria puerorum* Paderbornae et Heiligenstadt. 2. *Semin. Clericorum* cum 1 *Reg.,* 1 *Subreg.* 1 *Repet.* 1 *Procurat.,* cum quo conjunctum est *Lyceum episc. theolog. et philos.* cum Praef., 6 Profess. et *Convictor. theol.* sub 1 *Praes.* Redit. 9.843. ex aerario 2.131. Plurimi alumni proprio sumptu vivunt. b. *Titulus ordinationis* ordinarius est seminarii aut mensae privatae. c. *Domus emeritorum* ex aerario 3.000, d. *domus demeritorum* ex eodem 1.500 thal. annuatim percipit. e. *Status.* sac. saec. 925. reg. 41, i. s. 966. Curati 850, extranei 10, extra dioec. 18., jubilati 26. Senior 90. annum aetatis complevit, 65mum sacerdotii. Sacerdotii annum 40mum 29, 30mum 167, 20mum 182, 10mum 184 compleverunt.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Jesuit. 1 coll. 14 sac. 2. Reform. 4 conv. 1 hosp., 26 s. 12 cl. p. 32 l. p., i. s. 70.

Summa: 85.

B. *Religiosae.* *1.* Sales. 1 mon., 17 monial. 2. Ursul. 1 m. 20 m. *3.* Sor. S. Vincent. 37 dom., 157 sor. *4.* Sor. Car. fund. a Clem. Aug. 2 d., 27. *5.* Franc. paup. 3 Ord. 3 d., 7. *6.* Sor. car. a. S. Cruce 2 d., 12. *7.* Filiae SS. Cord. Jesu 2 d., 27. *8.* Sor. schol. paup. de N. D. 1 d., 15. *9.* Sor. schol. S. Aug. 3 d., 32. *10.* Ancillae paup. Christi (Dernburg) 9 d., 29. *11.* Filiae carit. 7 d., 37. *12.* Congr. B. M. V. ad S. Michael. 1 d., 15. — *Summa* 344. *Summa omnium regular.* 429.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 650.
„ „ *curatus est ad Catholicos* 737.
Una pers. regularis „ „ „ 1461.

VII. *Beneficia.* 1. *Cap. eccl. cath.* ad S. Liborium cum *Praep. Dec.,* 8 can., 4 honor., 6 vicar., 1 synd., 1 secret. et registr., 1 ration., 16 officiant. ecclesiae. Jus providendi §. 45 n. 7. Praebendae: P. et D. à 1.400, 2 can. à 1.000, 2 à 900, 4 à 800, vic. à 200 thal.

2. *Alia.* 432 par. et missiones curatae. Praterea magnus vicariar. numerus, quae regulariter beneficia sunt. Fere omnes agris cet. sunt dotata.

VIII. *Scholae.* 1. *Lyceum.* 2. *Gymnasia* 4, *progymnasia* 3. 3. *Seminar. magistror.* elem. 2, *magistrarum elem.* 1. 4. *Scholae elementares* in quavis parochia una pluresve adsunt.

IX. *Administratio.* 1. *Vic. gen.* sub Vic. gen., 5 consil., 1 justit. 1 architecta, 3 secret. 1 registr. 2 calculat., 3 cancell. 1 ration. 1 bedello. 2. *Official.* sub *Offic.* et 4 consil., 1 justit., 1 def. matr. 3. *Commissar. Heiligenstadt* cum Dir., 2 assessor., 1 justitiar., 1 rationar., 1 secr. et registr., 1 cancell., 1 bedello. 4. *Judic. eccles. Erfordiae* cum Dir., 2 assessor. 1 justit., 1 secret., 1 registr. 1 bidello. Pro Vic. gen. 800, pro episc. auxil. 800, pro consil. et offic. Vic. gen. cet. 4.680, expensa administr. 200, pro jud. eccl. Erford. 533, pro commissar. Heiligenst. 1.219., pro fabrica eccl. cath. 3.880 thal. ex aerario annuatim dantur.

§. 54.

D. *Dioecesis Monasteriensis (Münster).*

Fundata a. 791, a. 1801 occupata, a. 1803 saecularis reddita est, territorium postea divisum; a. 1821 restituta fuit, separatis 38 parochiis (bulla „Impensa“ dioec. Osnabrugensi additis), additis vero aliis. Habuit 65 episcopos. 66tus

Joh. Georgius Müller, natus 15. Oct. 1798, ord. 9. Sept. 1821, Episc. Thaumac. i. p. et Suffrag. Trevir. 22. Jul. 1845, Episc. Monast. inthronis. 22. Dec. 1847.

Mensa: 8000 thal. *Taxa camerae:* $666^2/_3$ fl. aur.

I. *Situs.* Continet in Borussia distr. gub. *Monaster.* provinciae Westphaliae, partes prov. Rhenanae et Magnum ducat. *Oldenburg.* *Circuitus:* 251.46 mil. □ (in Borussia) et 98.44 (in Oldenb.).

II. *Dividitur* in 20 Decanatus.

III. *Status animarum* (1860): Cath. 706.732. Incolae omnes 944.220.

IV. *Clerus.* a. *Status.* sac. saec. 1137, reg. 56, i. s. 1193., curati 907. Apud eccl. cathedr. 28, in magisterio 87, sine cura et officio 77, extra dioec. 38.

b. *Seminar. pueror.* 2 (Monast. et Gaesdonck) cum alumnis 83 et 113, qui Monasterii gymnasium publicum frequentant; in altero vero est gymn. episc. cum Rect. et 11 magistris. *Seminar. cleric.* Monast. cum Reg., Subreg., Repet., Oecon. cum alumnis 18 presb., 2 diac., 37 subdiac., 6 laic. Frequentant Academiam regiam Monast. quae habet 1) facultatem theol. cum 7 Prof. 1 privatim docente, 2) facult. philos. cum 9 Prof. 3 priv. doc. Seminarium habet reditum 9.308 thal. (2.587 ex aerario); academia habet redit. 18.879 th. (ex aerario 2.250 th.).

c. Pro *domo emeritorum* 3.000, *demeritorum* 1.500 th. ex aerario annuatim dantur.

d. *Titulus ordinationis* est seminarii vel mensae privatae.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* *1.* Jesuit. 2 coll., 19 sac. 41 cl. n. p. 16 l. p., i. s. 76. — *2.* Dominic. 1 resid., 1 s. 1 l. p., 2. — *3.* Reform. 2 conv. 1 res., 15 s. 1 cl. p., 18 l. p. 12 nov., i. s. 46. — *4.* Capuc. 2 conv., 14 s. 3 n., 17. — *5.* Redemptor. 1 coll., 8 s. 6 n., 4 l. p. 4 n., i. s. 22. *Summa* 163.

B. *Religiosae.* *1.* Clariss. 1 mon. 13. — *2.* Ursul. 1 m., 26. — *3.* Sor. car. fund. a Clem. Aug. 41 dom., 165. — *4.* Franc. paup. 3. Ord. 16 d., 131. — *5.* Sor. a S. Cruce 5 d., 65. — *6.* Filiae SS. Cordis Jesu 1 d., 42. — *7.* Sor. schol. paup. de N. D. 14 d., 112. — *8.* Sor. Inf. Jesu paup. 1 d., 8. — *9.* Sor. schol. S. Franc. Ser. 3 d., 54. — *10.* Sor. Boni Past. 1 d., 19. — *11.* Sor. S. Caroli Borr. 1 d., 10. — *12.* Sor. Provid. div. 13 d., 56. *Summa* 701.

Summa omnium regularium 864.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos*	592.
„ „ *curatus est ad Catholicos*	804.
Una pers. regularis „ „ „	818.

VII. *Beneficia.* 1. *Cap. eccl. cath.* ad S. Paulum Ap. cum Praep., Dec., 8 can., 4 can. hon., 8 vic., 8 camerar., 2 praedicator., cet. Jus providendi §. 45. n. 7. Praebendae: P. et D. à 1.800, 2 can. à 1.200, 4 à 1.000, 2 à 800, vic. à 200 th. Fabrica red. habet 13.182 th. (1.000 ex aerario).

2. *Alia.* 356 parochiae (33 in Oldenburg).

VIII. *Scholae.* 1. *Academia.* 2. *Gymnasia cath.* 6 in Boruss. 1 in Oldenburg., 3 *progymn.* — 1 *schola real.* prov. et industr. cath. 19 scholae

rector. — 3 *semin. magistror.* (1 in Oldenb.), 1 magistrarum. — *Scholae elementares* 353 cum 792 magistris masc., 296 femin.

IX. Administratio. Vic. gen. cum Vic. gen. in Pont. et Vic. gen. in Spirit., 4 cons. eccl., 1 not. ap., 1 justit., 3 secret., 2 calculat., 4 aliis offic. Ex aerario datur pro Vic. g. i. p. 800, i. sp. 800, consil. et offic. 4.550, expens. aliis 1.405 th.

II. Provincia Posnaniensis Gnesnensis.

Bulla „*de salute animarum*“ episc. eccl. Posnaniensis ad SS. Petrum et Paulum Apost. ad Sedis Metropolitanae gradum extulit eamque alteri archiep. eccl. Gnesnensi ad S. Adalbertum aeque principaliter perpetuo univit, eique ecclesiam *Culmensem* suffraganeam assignavit.

§. 55.

A. *Archidioeceses Posnaniensis et Gnesnensis.*

Metropolita: Die 8. Jan. 1866 praecon. est Miecisl. Ledóchovski. *Mensa:* 12.000 th. (ex aerario). *Taxa cam.* 1000 fl. a.

I. *Situs.* Archidioeceses unitae continent provinciam borussicam *Posen* cum 536.21 mil. □, cath. 919.614 (ita ex registr. civil. a. 1861; catalogus eccles. minus exhibet), evangel. 491.263, menonit. 1, aliis 278, jud. 74.379.

II. *Dividitur* arch. Posn. in 22, Gnesn. in 16 *decan.,* summa 38 dec.

III. *Status animarum* (1864): Posn. cath. 618.784, Gnesn. 292.255, i. s. 911.339.

IV. *Clerus.* 1. *Sem. cleric.* Posnan. cum *Reg.* et 8 Prof. (incluso regente), 76 alumn., — Gnes. cum Reg., 2 repet., 30 alumn. Pro iis ex aerario dantur annui 18.473 thal. 2. Pro *domo emeritorum* dantur 4.396, *demeritorum* 2.466 thal. ex aerar. 3. *Status* (1864) arch. *Posn.* s. saec. 479, reg. 25, i. s. 504. emeriti 12, sine off. 8, demeriti 3., in magist. publ. 17. curati 428, mortui (a. 1864) 12. Arch. *Gnesn.* sac. 260, mortui 8, curati 245. In duabus archid. unitis: sac. saec. 739, reg. 25, i. s. 764, curati 673.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* *1.* Oratoriani (S. Philippi Neri) 1 coll., 8 sac. — 2. Reform. 2 conv. 1 res. 14 s., 8 cl. p., 5 l. p., 1 n. p., i. s. 28. — *3.* Dominic. 1 res., 3 s. — *Summa* 39.

B. *Religiosae.* *1. Ursul.* 1 monast. 38 m. — 2. Fil. SS. Cord. Jesu 1 d., 34. — *3.* Sor. car. S. Vinc. 11 d., 59. — *4.* Mon. S. Elis. 1 d., 4. — *5.* Sor. schol. paup. S. August. 1 d., 2. — *Summa* 138.

Summa omnium regularium 177.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 1.193.
„ „ *curatus est ad Catholicos* 1.354.
Una pers. regularis „ „ „ 5.424.

VII. *Beneficia.* 1. *Capitula Metropolitana.* a) Posnan. cum Praep., Dec., 8 can., 4 hon., 2 poen., 6 vicar. Jus providendi §. 45. n. 7. Praebendae: P. et D. à 1.800, 2 can. à 1.200, 4 à 1.000, 2 à 800, vic. à 200. b) Gnesnens. Praep., 6 can., 1 hon., 3 poenit., 4 vic. et concion., 4 mansion. Praebendae: P. 2.080, pro reliquis (una cum officialibus) 9.934 thal. ex aerario. Pro fabrica eccl. Posnan. 3.709, Gnesn. 2.422 th. ex aerario dantur. 2. *Capit. colleg.* in archid. Gnesn. a) S. Georgii in arce Gnes. cum Praep. (capit. metrop.) 4 commendariis. b) Kruswica cum Praep., 4 can. curatis (parochis in diversis locis). De jure providendi et praebendis notitiae desunt. 3. *Alia.* In Posn. par. 341, Gnesn. 211. Ecclesiae filiales in Posn. 83, Gnesn. 11.

VIII. *Scholae* (praeter Seminaria cleric.). 4 Gymn. 1 prog. 1 sch. real. 2 paedagogorum. Elementares ignoro.

IX. *Administratio.* In utraque archid. Consistorium.

§. 56.

B. *Dioecesis Culmensis (Sedes episc. Pelplin).*

Bulla „de salute animarum“ circumscripta et sedi metropolitanae Posnan. subjecta est. Episcopus:

Joan. Nepomuc. a. Marwitz, nat. 20. Apr. 1795, ord. 10. Apr. 1830, inthron. 8. Nov. 1857.

Mensa: 8.000 thal. (7.294 thal. ex aerario, insuper praedium reditus 706 thal.) — *Taxa camerae:* $666^2/_3$ fl. aur.

I. *Situs.* Provinciae *Borussiae* regni Borussiae partem occidentalem continet.

II. *Dividitur* in 26 *decanatus* et 4 *delegat.* (Commissar.). Decani a parochis electi ab Ordinario approbantur et instituuntur.

III. *Status animarum* (1863): *Cath.* 488.231, *Acath.* paulo plus.

Baptiz. (a. 1862) cath. 22.182, *confirm.* 6.995, *mortui* 13.710 (Nota. Hi numeri ab Ordinariatu mihi dati nituntur in registris „tributi cathedralis.“ Numerum baptism. matrim. cet., quorum occasione nulla „stolae taxa“ nullumve tributum cathedrale perceptum est, Ordinariatus ignorabat).

Matrimonia mere cath. 4.322, inter quae inita sunt cum dispens. sup. imp. 4. et 3 cons. vel affin. gradu 40, super 3 et 2. gr. 23, 1 et 2. gr. 11, in summa 74.

Matrim. mixta cum educat. liberor. cath. 56.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror.* cum 1 Rect., 9 Praecept. cum 174 alumn. 2. *Semin. cleric.* cum 1 Reg. 1 Spir. (simul Prof.) 3 aliis Prof., 1 Praecept. ritus et cantus, 1 procur. et 42 alumn. Absoluto gymnasio

candidati per $3^1/_2$ annos in seminario vitam communem agentes edocentur. Redit. est 7.125 thal. (ex aerar. 5.558).

b. *Titulus ordinationis*, qui viget, est mensae episcopalis et paupertatis (apud regulares).

c. *Pro domo emeritorum* summa 2.815, pro *domo demeritorum* 1.241 thal. ex aerario suppletur.

d. *Status.* s. s. 340, r. 20, i. s. 360, — curati 286, dignit et can. 10, parochi (inclusis can. honor. et decanis) 218, administr. par. 16, 1 mission., 1 curatus, 4 vic. local., 46 vicar., in magisterio 23, in studiis 2, emeriti 11, demeriti et sine off. 7; jubilati 4, supra 50mum aetatis annum 67, 60mum 35, 70mum 10, octuag. 3. —

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Reform. 3 conv., 19 s. 4 cl. n. p. 4. l. p. 13. nov. i. s. 40. — 2. Lazarist. 1 conv., 3 s. 1. l. p., 4. — *Summa* 44

B. *Religiosae.* 1. Sor. car. S. Vinc. 5 inst., 52 sor. 2. Sor. car. S. Car. Borr. 1 d., 9 sor. — 3. Sor. schol, paup. de N. D. 1 d. 2. — *Summa* 63. — *Summa regularium omnium* 107.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos:* 1.356.
„ sac. curat. „ „ „ 1.700.
Una pers. regul. „ „ „ 4.563.

VII. *Beneficia.* 1. *Cap.* eccl. cath. cum Praep., Dec., 8 can., 4 hon., 6 vicar., 6 psalt. organ., 4 officialib. Jus providendi §. 45. n. 7. Praebendae (maxima reditus pars ex aerario quotannis solvitur, insuper habet praedium in vim dotationis capitulo traditum): P. et D, à 1.200, 1 can. à 1.000, 1 à 900, 6 à 800, vic. à 200 thal. Summa reditus est 12.017, ex aerario 6.135 thal. Fabrica redit. habet 4.193 (ex aerar. 3.112).

2. *Alia.* par. 233. Ecclesiae par. 233., cap. publicae 26., eccl. filial. 105., cap. aliae 11.

VIII. *Scholae.* 3 gymn. cath. numerus schol. elementar., magistror., schol. acath. cet. ab Ordinariatu mihi communicari non potuit.

IX. *Administratio.* 1. *Vicar.* episc. sub Vic. gen., 4 consil., 1 justit. Pro episc. titul. 800, pro vic. gen. 800, pro consil. et offic. 4.510, pro ceteris expensis 775 thal. ex aerar. dantur. — 2. *Generale Consist.* episc. (pro causis disciplinar. et matrim.) A. 1862 tractatae sunt 7 causae matrim. (2 annullat.) et 9 disciplinares. — 3. *Jud. prosyn.* 3tiae inst. cum Praes., 2 cons., 1 justit.

§. 57.

III. *Dioecesis exemta Wratislaviensis (Breslau).*

Erecta saeculo Xmo, bulla „de salute animarum“ *Pii* VII. de 16. Jul. 1821 partes dioecesis Cracoviensis et aliquot parochias Lusatiae recepit, duobus decanatibus eodem tempore dismembratis et dioec. Posnaniensi unitis; eadem

bulla parochiae cath. in provinciis borussicis Marchiae et Pommeraniae sitae Episcopi Wratislav. Administrationi ut Delegato Apost., vi subdelegationis Praepositi S. Hedwigis Berolinensis administrationi, subjectae sunt. Habuit 56 episcopos. 57mus est Princeps-Episcopus

Heinricus Förster, natus 24. Nov. 1800, ordin. 17. Apr. 1825, electus 19. Mai 1853, inthron. 18. Oct. 1853.

Mensa: ab aerario borussico annuatim 12.000 thaleri (18.000 fl.) et praedium (Würben); in Austria dominia (Johannisberg cum praediis incorporatis), reditus totalis circ. 70.000 thal. *Taxa camerae:* 1166 $^{2}/_{3}$ fl. aur. de cam.

Habet Suffraganeum (cui ab aerario boruss. 1.200 thal. sunt solv.

I. *Situs.* Continet circ. mediam partem *Silesiae austr.* mil. □ 50.50, Silesiam boruss. (excepto comitatu Glacensi archid. Pragensis et territorio ad archidioeces. Olomuc. pertinente) mil. □ circ. 667.74, prov. boruss. Pommeraniam mil. □ 576.72, Brandenburg. mil. □ 734.14, in Summa mil. □ 2.073.10.

II. *Dividitur* in 77 *archipresbyt.* (in Silesia boruss. sitos), 4 archipr. Delegaturae Brandenb., 12 archipr. austriacos. Illi 77 archipr. subsunt 11 *Commissariis* (vicariis foraneis), 4 march. uni (Berol. Praeposito), 12 austr. 2 Commiss. Commissarii et archipresbyteri ab Ordinario instituuntur.

III. *Status animarum* (1862). A. *in Austria.* Cath. 226.175, Acath. circ. 9.000, Jud. circ. 11.000.

B. *In Borussia.* Cath. 1,457.026, Acath. 5,414.000, Jud. 83.678 (Silesia borussica plus Cath. quam Acath. habet, in duobus reliquis provinciis cath. sparsim degunt. In Silesia: cath. 1.674.724, acath. 1,670.317).

Summa totalis cathol. 1,683.201.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror. Wratisl.* cum 52 alumnis *Neisse* cum 14 alumnis.

2. *Seminar. Clericor.* Wratislav. cum *Rect., Spirit., Subreg.* et 38 alumnis dioec. Praeterea aliquot e dioecesibus Pragens. et Olomuc. contra in seminar. Olomuc. sunt 14 alumnis dioec. partis austriacae.

3. *Convictorium* studiosor. theol. Wratislav. cum *Praef.* et *Repetente* 83 alumnis. Redit. seminarii sunt (secundum *Budget* boruss. a. 1861) 8.026 thal., e quibus 2.465 thal. ab aerario solvuntur.

b. *Domus* presbyt. *emeritorum* (apud Neisse) cum *Dir.* et 9 emeritis. Redit. 6.830 thal. e bonis propriis. c. *Domus demeritorum* presbyt. (apud Neostadium) cum *Inspect.* et 10 demer. Red. 1.568 (298 thal. ex aerario). d. *Status* (1862). A. *In Borussia:* s. s. 1239, r. 9, i. s. 1243. Sac. par. et curat. 683, local. 51, alior. curat. 358, summa sac. *curator.* 1091; benef. sine cura 50, in aliis officiis 38, commor. 40; — sacerd. utriusque linguae vulgaris (germ. et polon.) 413; jubil. 19, neo-ordinator. 34, mortuorum 24, dimissor. 1, in aliis dioec. 8.

B. *In Austria:* Par. et curati 82, local. 17, alior. curat. 51, summa sac. cur. 150, in aliis offic. 9, commor. 12, reg. 3. sac. universim 171, utraquistar. 115, jubil. 2, neo-ordin, 2, mortuor. 4, ertra dioec. 6.

Summa totalis: sac. saec. 1402, reg. 12, omnium 1414, curatorum 1241.

V. *Regulares.*

I. *In. Borussia.* A. *Religiosi.* 1. *Jesuitae* 1 resid. 2 s.

2. *Reform.* 1 conv., 6 s. 2 L. p. 6 n. p. 1 n., i. s. 15.

3. *Fratres S. Joh. de Deo* 5 conv., 5 s. 45 L. p. i. s. 50.

Summa Religiosorum: (67) 79.

B. *Religiosae.* 1) *Ursul.* 4 mon. 123 mon. — 2) *Elisab.* 1 mon., 30. — 3) *Sor. schol. paup. de N. D.* 9 dom., 44. — 4) *Sor. Boni Past.* 2 m., 17. — 5) *Ancillae paup. Chr.* 2 d., 8. — 6) *Sor. S. Car. B.* 24 d., 207. — 7) *Sor. Char. Ord. Teut.* 1 m., 10. — 8) *Sor. S. Vinc.* 1 m., 5. — 9) *Sor. char. S. Hedwigis* 3 d., 21. — 10) *Sor. cust. S. Elis.* 20 d., 95. — 11) *Francisc. paup. 3. Ord.* 3 m., 16. — 12) *Sor. S. Mar. Magd. de Poen.* 1 m., 19.

Summa Religiosarum: 605 (professar. 503).
„ *Regularium:* 684.

II. *In Austria.* A. *Religiosi.* 1. Piar. in cura anim. 2 sac. 2. *Fratres S. Joh. de Deo* 1 conv. 1 s. 10 L.

B. *Religiosae.* 1) *Elisabeth.* 1 m. 12. 2) *Sor. paup. de N. D.* 2 m. 11.

Summa I. et II: *Religiosi* (additis aliis extra conventns viv.) 93.
Religiosae 630.
Omnium regularium: 723 (profess. 528).

VI. Unus sacerdos est ad Cath. in Borussia 1.172.
„ „ „ „ „ „ Austria 1.323.
„ „ „ „ „ *generaliter* 1.190.
„ sac. curat. „ „ „ in Borussia 1.355.
„ „ „ „ „ „ „ Austria 1.507.
„ „ „ „ „ „ *generaliter* 1.356.
Unus regularis „ „ „ in Borussia 2.130.
„ „ „ „ „ „ Austria 5.799.
„ „ „ „ „ *generaliter* 2.328.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* Eccl. Cath. ad S. Johannem Bapt- cum *Praep., Dec.,* 10 *Can. cap.,* 6 Can. hon., 2 titularib. (qui quondam fuerunt honor.), *syndico,* 8 vicar. Accedunt 3 alii vicarii, 2 sacrist. sac., 2 poenit. 9 alii beneficiati. Chorus habet 10 laicos. Capit. insuper habet magistrum rationum et actuar. Praebendae: Praep. et Dec. 2000 thal. Can. schol. 1500, duo sequentes 1.100, 7 ultimi 1.000, vicar. 200. De provisione, vide quae dicta sunt §. 45. n. 7.

2. *Curata.* I. In Borussia: Par. et cur. 683, local. 51, cooper. et capell. 358, benef. sine cura 50, summa curator. benef. 734.

II. In Austria: Par. et cur. 82, local. 17, coop. et cap. 60, summa cur. 99. Summa parochiar, et curatiarum independentium 765.

De jure providendi vide Tabul. II.

Exceptis 18 curatiis, quae e fundo relig. siles. dotantur, parochiae aliaque beneficia propria bona possident, sive immobilia, sive hypothecas cet.

VIII. *Scholae.* I. In Borussia. *1.* Universitas Wratislav. (fundata a. 1702 bulla aurea Leopoldi I. dat. 21. Oct., a. 1811 unita cum univ. Francofurt. Viadrina, quae a. 1500 fundata erat et a. 1811 Wratislav. translata), cum facultate cath. theologica, quam theologi frequentant. In eadem actu docent 5 professores.

2. *Gymn. cath.* 7 reg., in quib. 8 sac. religionem tradunt. *3.* Schola real. cath. 1. *4.* Seminaria pro magistris elementar. schol. 3 cum 3 directoribus clericis. Scholae elementares: 1521. Magistri et magistrae cath. 2353; pueri et puellae schol. frequent. 231.405.

II. In Austria. 1 Gymn. c. r. sup. cum 9 (dir. et mag.) sacerd., schol. elem. 177, mag. 260, disc. 27.493.

IX. *Administratio.* I. Pro parte borussica (resp. tota dioecesi): 1. *Cancellaria secreta* Principis Episcopi cum Vic. Gen., 5 Consil., 1 secr., 1 cancellista, 2 offic. laicis. — 2. *Officium Vicariatus Generalis* cum *Vic. Gen.,* 12 Consil. eccles. 2 Consil. laicis, quorum unus secret. munere fungitur. — 3. *Consistorium* sive Tribunal matrim. 1mae Inst. *Offic. et Praes.*, 3 Cons. eccles., 4 laic. 2dae Inst. Praes., 2 Cons. eccl. 1 laic. 3tiae Inst. Praes., 2 Cons. eccl. 1 laic. Accedit defensor matr. et secret. — 4. *Commissio administrandorum bonorum parochiarum extinctarum* in Silesia. Praes., 3 Cons., 1 Registr. — 5. *Cancellariae:* Insp., Interpres (pro linguis slavicis). Exactor sportularum, 2 Calculatores, 2 Registrator., Scriptor actorum diurnorum, 4 Cancellistae, 2 domestici. — 6. *Cassae Episcopatus* (6 pers.), Depositorii Officii Vic. Gen. (3 pers.), Collectarum (1 pers.). — 7. *Societas dioecesana,* quae cavet de periculo ignis. — 8. *Institum pro sublevandis magistrorum elem. viduis atque orphanis.*

X. *Ecclesiae* (templa). 1. In Borussia: matres et m. adjunctae 792, filiales 258, curatar. universim 886, aliar. ecclesiar. et capell. 414.

II. In Austria: paroch. 87, fil. 21, curatar. universim 91, aliar. eccl. et capell. 57.

Summa eccles. par. 879, fil. 279, curat. 977, aliar. et capell. 471.

XI. *Tributa ecclesiastica.* *1.* Alumnaticum a quovis parocho annuatim 20 grossi, capellano 10 gr. 2. Pro fundo pension. et emerit. a quovis parocho 2 thal., capell. 1 thal. *3.* „Adjutum dioecesanum“ (pro portandis expensis itiner. capellanorum, mandatorum Episcopi imprimendorum cet.) a quovis parocho ad arbitrium.

§. 58.

IV. *Dioecesis exemta Varmiensis (Ermland). Sedes episc. Frauenberg.*

Bulla „de salute animarum“ de novo circumscripta est et immediata ejus conditio approbata. Episc.

Jos. Ambros. Geritz, nat. 3. Apr. 1783, ord. 5. Apr. 1806, Episc. Abderitanus et suffrag. Varm. 27. Apr. 1840, intronis. 26. Jun. 1842.

Mensa: 9.000 thal. *Taxa camerae:* 666 $^2/_3$.

I. *Situs.* Continet provinciae Boruss. (regni Borussiae) partem orientalem, mil. □ 706.35.

II. *Dividitur* in 13 decanatus.

III. *Status* (1861): Cath. 278.382.

IV. *Clerus.* a. *Status:* s. s. 283, reg. nulli.; par. 110, cur. 7, ben. 5, Vic. 10, cap. 101, sac. in cura animarum universim 233, jubil. 9, emer. 9, extra dioec. 6, extranei 3; mortui 5 (a. 1860).

b. *Seminar. cleric.* cum Reg., Subreg., 30 alumnis, qui in Lyceo Hosiano (Braunsberg.) praelectiones frequentant. Hoc lyceum 5 profess. habet. Reditus sem. est 6.256 (ex aerario 2.471) thal.; pro lyceo 2.140 thal. (ex „fundo saecularis. boruss. occid.“) annuatim dantur.

c. *Domus demeritor.* habet redit. 2.363 (ex aerar. 1.465), *emeritorum* 1.370 ex aerario recipit. —

Unus sacerdos est ad Cath. 983; unus sac. curatus est. ad cath. 1194.

V. *Beneficia.* 1. *Cap. eccl. cath.* cum Praep., Dec., 8 Can., 4 honor., 6 vicar. Jus providendi §. 45. n. 7. Praebendae: P. et D. 1.200 thal.; pro reliquis 9 can. et official. datur summa 9.550, pro expensis admin. 1.021 thal. (summa redit. capituli 12.971 — ex aerario 12.075 —); pro fabrica eccl. cath. 3.606 (ex aerar. 2.027).

2. *Alia.* 122 par., 5 benef., 2 cap. loc.

VI. *Scholae* cath. 1 Lyceum, 1 gymn., 1 progymn., 1 instit. paedagogicum.

VII. *Administratio.* 1. *Vic. gen.* cum Vic. gen. et 3 consil.

2. *Jud. deleg. in causis matrim.,* 1 def. matrim., 2 jud. prosyn. sub Offic. et 2 Consil. — Pro *Episc. titul.* 800, vic. gen. 800, Cons. et offic. 4.453, ceteris expensis 1.511 thal. ex aerar. dantur.

De regularibus ceterisque rebus nihil constat, quum ab Ordinariatu litteris meis responsum datum non sit, e catalogo alia non appareant.

III.

PROVINCIAE ET DIOECESES

REGNI BAVARIAE.

INTRODUCTIO.

Notitiae generales, quae ad omnes has dioeceses sunt referendae.

---

§. 59.

De situ et circumscriptione.

Dioeceses octo totum regni bavarici territorium continent, ultra quod Bambergensis tantum archidioecesis extenditur cui parochia urbis *Coburgi* subdita est. Singulae dioeceses cum circulis politicis non congruunt. Inter se eo differunt, quod Monacensis et Augustana regiones alpinas continent. Generaliter dioeceses bavaricae comparatae cum austriacis et partim quoque cum borussicis excellunt magno clericorum numero, beneficiorum, praesertim parochiarum multitudine, minore circuitu. Quodsi regulares respicias, numerus religiosorum relativus multo minor est, quam in plerisque Austriae dioecesibus, sed major quam dioecesium borussicarum orientalium. Numerus vero religiosarum caritatis officio deditarum magnus adest. Circumscriptio dioecesium, compositio capitulorum cet. nituntur in bulla *Pii* VII. *„Dei ac Domini“* diei 1. April. 1818, postquam conventio inter s. Pontificem et Regem diei 5. Junii 1817 res ecclesiasticas ordinaverat.

§. 60.

De statu animarum.

1. *Registra status civilis* (§. 2.) conficiuntur a parochis, excepta dioecesi Spirensi, ubi jus francogallicum valet (vide §. 43).

2. In reliquis septem dioecesibus parochi tradunt: a) tabulam eorum, qui anno praeterito nati sunt, medico districtus; b) officio politico tabulam eorum,

qui aetatem militarem compleverunt et conscriptioni subjacent; c) medico districtus tabulam natorum, copulationum, mortuorum; d) officio districtus tabulam nobilium, qui anno praeterito nati, mortui, copulati sunt.

§. 61.
De clero.

I. *Educatio.* 1. *Seminaria puerorum* in singulis dioecesibus existunt Ordinariis subjecta ab iisque sustentata; alumni scholas publicas frequentant.

2. *Seminaria clericorum* ubique existunt, quorum alumni in ipsa domo vitam communem gerunt. Haec seminaria ita, ut art. V. concordati exposcere videtur, ordinata non sunt. Nam in sola dioecesi Eichstettensi cum seminario conjunctum est lyceum episcopale, quod 4 cursus theologicos 1 philos. habet et soli episcopo subest. In reliquis dioecesibus candidati theologiae in lyceis regiis aut in universitatibus theologiae et philosophiae student. Cum lyceis plerumque convictoria sunt conjuncta, in quibus mox omnes, mox ii tantum degunt theologiae studentes, qui annum 2dum et 3tium perlustrant. Circa eos, qui in seminariis recipiuntur aut s. ordinibus initiantur aliquot jam existunt praecepta, praesertim quum agatur de titulo mensae regiae, quae cum concordati art. XII. b. consentire negaveris. Vide §. 63.

II. *Titulus ordinationis.* Plerique clerici ordinantur ad *titulum mensae regiae*, aliquot ad *titulum mensae ab aliqua communitate* datum, pauci ad titulum patrimonii, religiosi ad titulos solitos relig. professionis vel paupertatis. In singulis dioecesibus sunt *fundi emeritorum.* Sacerdotes *emeriti,* qui senectute vel morbo correpti curam gerere nequeunt et ii, qui ex rationibus disciplinaribus ab officio depositi sunt i. e. *demeriti,* aut e summa ab aerario pro titulo mensae annuatim danda aut e fundo dioecesano sustentantur. Tituli mensae regiae fructus expostulatur pro sacerdote ad eum ordinato, quum a) pauper sit et antequam institutionem canonicam in aliquo beneficio sit adeptus, propter causam physicam vel spiritualem inhabilis reddatur, qui necessarium victum quaerat, b) sacerdos sententia criminali beneficio depositus sit eoque titulum beneficii perdiderit, c) beneficium tam tenue habeat, cujus reditus sufficientem ad vitam sustentationem non praebeat. Dupla tituli summa annuorum 208 fl. rhen. postulari et dari solet in casu a, in casu b summa annua 182 fl. 30 rhen., summa 104 fl. in casu c. et quum agatur de subsidio extraordinario, utpote pro balneis cet., triplex titulus pro sacerdotibus in domo, qua mente capti detinentur, dari solet. Tituli mensae fructus denegatur sacerdotibus, qui aut ex investitura canonica victum ad vitam sufficientem habent, aut quum beneficium canonice renunciaverint, e fundo dioecesano plenam pensionem 400 fl. vel pensionis partem recipere possunt.

Clerici criminum ecclesiast. rei aut in „domo sacerdotum“, si qua in dioecesi existat, aut in aliquo monasterio detinentur. Pro emeritis nulla dioe-

sesis domum propriam habet. Pro omnibus vero *hospitium sacerdotum Neoburgii* (dioec. August.) destinatum est.

§. 62.

De beneficiis.

1. *Congrua* parochorum generalis est 600 fl. [eadem est „evangelicorum“ coelibum, 800 „evang.“ maritorum!], reliquorum beneficiatorum 400 fl. rhen. Ubi reditus beneficii proprius congruam non dat, plerumque ab aerario subsidium praebetur. Beneficia curata plurima bonis immobilibus sunt fundata, apud singulas dioeceses constat, quot alio modo sustinentur. Inter se beneficia quoad reditum valde differunt.

2. Parochiae reliquaque beneficia in titulum conferuntur. Capellaniae s. vicariae multae beneficia sunt. Beneficia simplicia eaque, quae ad praestandam congruam non sufficiunt, cum aliis unita inveniuntur aut in casibus singulis conferuntur beneficiatis, quorum beneficium minus congrua habet.

3. *Collatio.* Vacante beneficio liberae collationis petitores episcopum adeunt, vacante beneficio collationis regiae per gubernium circuli Regem, vacante beneficio jurispatronatus privati patronum rogant. Collatio libera gubernio communicatur, ut *confirmetur.* Gubernium petitiones, quum de parochia agatur, *semper,* quum de alio beneficio agatur, *saepe* ante praesentationem Ordinario communicat, ut, si quae excipere velit, dicat. Patronorum privatorum praesentationes aut per gubernium, aut per patronum, aut per ipsum praesentatum ad episcopi manus perveniunt, institutiones regia confirmatione indigent. Conventione inter Ministerium regium et Episcopos a. 1854 inita (resol. suprema diei 28. Sept. 1854) statutum est, ut omnes parochiae, beneficia praedicatorum, curatiae (quibus imminet jus ipsum munus exercendi parochiale) iis tantum conferantur, qui in *examine concursus* probati sint. Hoc examen singulis bienniis in civitate episcopali coram commissione ab Ordinario composita locum habet; commissioni interest referendarius a gubernio circuli nominandus, cujus est examinare, num candidati e jure publico [imprimis re scholastica, administratione rerum spirit. et temporalium eccles., re pauperum] didicerint, quibus curati indigent. Examen eccles. easdem res continet, quam alibi. —

Tabula II. docet, existere patronatuum multitudinem, multo vero minorem quam in Austria, singulas vero dioeceses inter se maxime differre. —

In *capitulis cathedralibus* omnibus *Praepositura* collationis est Papalis, *Decani* dignitas et *canonicatus* mensibus papalibus vacaturi *nominatione regia* conferuntur; reliqui canonicatus alternatim tribus mensibus ab Ordinario libere conferuntur, tribus aliis electione capituli iis providetur; omnes vero *vicariatus* libere ab Ordinariis conferuntur (Concordat. art. X.).

4. *Fructus intercalares* beneficiorum omnium de regula fabricae ecclesiae respectivae tribuuntur, quum agatur de beneficio curato deductis administrationis

expensis. Quodsi fabrica ecclesiae sufficientem habeat reditum, tertiae partes fundo emeritorum dantur, interdum quoque, approbante gubernio, fructus intercalares fundo beneficiorum novorum, qui nondum sufficit, tribuuntur, aut etiam, approbante gubernio et fundationis respectivae defensore sive curatore, ad fines speciales, utpote ad fundum beneficii meliorem reddendum, destinantur.

§. 63

De Episcopis.

1. Ad omnes ecclesias archiep. et episcop. vi articuli X. concordati *Rex* viros iis dotibus praeditos, quas sacri canones requirunt, *nominandi* jure gaudet.

2. *Mensa* episcopalis ex concordati articulo IV. „in bonis fundisque stabilibus liberae archiepiscoporum et episcoporum administrationi tradendis constituenda“ erat, quorum reditum ille articulus refert (vide singulas dioeceses). Huic vero statuto respublica nondum satisfecit. Reditus debitus adhuc ex aerario pensionibus in singulos menses divisis solvitur.

3. *Taxa camerae* apud singulas dioeceses est memorata.

4. *Archiepiscopi* (Lex fundam. 26. Maji 1818 Tit. VI. §. 2. n. 3., lex 9. Mart. 1828 Art. I. n. 1.) eo ipso membra *„Camerae consiliariorum regni“* sunt, ex episcopis *unus* ad dies vitae a rege vocatur; archiepiscopi *„Excellentiae“* titulum ex lege habent. Certus iis in dignitatibus regni locus addictus est.

5. Vi concordati (art. XII.) „pro regimine dioecesium archiepiscopis et episcopis id omne exercere liberum est, quod in vim pastoralis eorum ministerii sive ex declaratione, sive ex dispositione sacrorum canonum secundum praesentem et a sancta Sede adprobatam ecclesiae disciplinam competit.“ Hoc vero jus multum gubernii ordinationibus et legibus civilibus infringi notissimum est, quod hic exponere longius esse videtur. Quodsi statum ecclesiae bavaricae cum conditione ecclesiae cath. borussicae compares, hanc ex omni parte liberiorem esse facillime intelliges.

6. *Jus conferendi beneficia* ecclesiastica (vide §. 62. num. 3.) in concordati art. XI. verbis expressis Ordinariis tribuitur quoad omnia beneficia, ad quae 1. *Regi* sive jurispatronatus titulo antiquitus et modo legitimo acquisito sive vi illius articuli [„Majestas sua praesentabit ad ea beneficia, ad quae corporationes eccles. actu non existentes praesentabant“], 2. privatis titulo jurispatronatus legitimo jus praesentandi non competit. Illud vero conferendi jus eo restringitur, quod *„personis majestati suae gratis“* tantum conferri possunt.

§. 64.

De administratione.

1. *Decani* (quomodo instituantur, apud singulas dioeceses memoratur) munus simile est ut in Austria (§. 7. sed vide §. 68.). Praeter eos in

unoquoque capitulo rurali existit *Camerarius* et aliquot *testes synodales* eodem modo ut decani nominandi.

2. *Superiora officia* haud multum ab aliarum dioecesium differunt et infra recensentur. — Tribunal pro causis matrimonialibus dijudicandis *Consistorium* vocatur. Quae pro 2da et 3tia instantia delegata sint curiae, suo loco indicatum est.

3. *Vicario generali* (e capitularibus sumendo) 500 floreni annui, iis, qui *secretarii* episcop. partes agunt, 200 fl. ex aerario solvuntur (concordat. art. III.). Reliquae officiorum impensae aut e fundis generalibus aut ab Ordinariis feruntur. In causis matrimonialibus a partibus *taxae* solvendae sunt; idem locum habet quoad dispensationes ordinario jure dandas.

4. *Episcopi auxiliares* in nulla dioecesi existunt.

§. 65.

De tributis ecclesiasticis et civilibus.

I. *Tributa ecclesiastica* non ubique eadem vigent. Excepta dioecesi Spirensi ubique *seminaristicum* s. *alumnaticum* a beneficiatis in summa consueta datur. Praeterea in quibusdam dioecesibus, (August.; Eichstett., ubi annuos 128 fl. 52 kr. refert) *consuetum annnum* s. *commissio annua* viget, i. e. taxa pro renovatione jurisdictionis annua vel antiquitus pro visitatione episc. debita. Accedit *cathedraticum* (August., Monacens), *mortuarium* (August.). *Taxae* denique solvuntur, utpote pro *institutione,* consueta *pedelli gratificatio. Ex liberalitate* tempore recenti a clericis ubique certae summae annuae dantur, praesertim pro seminariis puerorum, orphanotrophiis rel.

2. *Tributa publica* a bonis ecclesiasticis secundum leges generales solvuntur [e. gr. vectigal agro impositum, habitationum, quaestui impositum]; immunia vero sunt tributi pro impensis communitatum. Ex lege 31. Maji 1856 omnis reditus, qui neque vectigali agro imposito, neque dominicali, neque aedium, neque quaestus imposito, neque denique censu ex reditu mutuorum solvendo oneratus est, *census tributo* subjacet *(Einkommensteuer).* Duorum tributorum posteriorum immunis est 1) reditus fundationum et institutorum pro cultu, caritate, instructione, 2) capita (sortes) fundationum, quae deductis tributis fine suo non sufficerent, 3) capita beneficiorum, quorum usuras sive reditum beneficiarius adhibeat oportet a) ad onera in natura vel nummis reipublicae vel privato ex titulo speciali praestanda, b) ad alendos et stipendio donandos cooperatores, quos assumere debet.

3. Singularia a clericis jam praestanda tributa sunt *taxae occasione muneris conferendi solvendae.* (Hae praeter taxas pro beneficiis patronatus regii sunt decima (10 $^0/_0$) reditus annui, pro beneficiis collationis liberae vel jurispatronatus privati *vicesima* (5 $^0/_0$). Insuper omnes in beneficio suscipiendo ad cassam Ordinariatus solvunt centesimas ternas (3 $^0/_0$).

§. 66.

De fundis generalibus.

Neque pro regno neque pro singulis provinciis aut dioecesibus fundus generalis subsidiarius (§. 9.) existit. In aliquot dioecesibus similes fundi inveniuntur. In dioecesi *Augustana* adest *fundus religionis suevicus* (ab imperatore Josepho II. ad normas supra (§. 9.) expositas formatus) pro partibus dioecesis olim austriacis, qui, quum de finibus curae animarum, ex. gr. beneficiis parochialibus adjuvandis agatur, subsidium praebet. Pro dioecesi *Eichstettensi* usque ad annum 1857 pecuniae, quae ex diversis pro cultu dedicatarum fundationum reditibus supererant, in unam cassam relatae ad eas impensas dioecesis ecclesiasticas tribuebantur, quae nulla alia opera fieri poterant. Illa quidem cassa nondum existit, summae vero ipsae perspicuae habentur. Quartae partes (25 $^0/_0$) redituum superfluorum semper, si minimum summa 50 fl. supersit, approbante Rege, ob causam extraordinariam plus erogari potest ad tales fines. Quae in reliquis dioecesibus ex reditibus fundationum supersunt, secundum ordinationem regiam d. 24. April. 1857 aliis tribuuntur, de regula vero mutui titulo.

§. 67.

De administratione bonorum ecclesiasticorum.

1. Fundationes et pecuniae, quae supersunt ex saecularisatione, a republica administrantur, nisi administratio statuto ipso ordinario sive alicui personae ecclesiasticae data sit.

2. Bona fabricae secundum leges civiles a communitatibus vel collegio quodam administrantur, quod componitur ex laicis, parochus ei vero interest. Inspectio principalis reipublicae addicitur, cujus est approbare vel confirmare, quaecunque administrationem transgrediuntur. Episcoporum jus adhuc in monendo, remonstrando consistit.

3. Lege regni fundamentali bona ecclesiastica integra esse conservanda neque ullam ob causam ad fines alterius confessionis sive ad alios fines quam cultus, instructionis, caritatis esse convertenda est sancitum.

4. Bona tempore recenti acquisita pro seminariis puerorum, fundo emeritorum, reliquis finibus dioecesis generalibus ab Ordinariis administrantur.

§. 68.

De scholis.

1. Suam quaeque parochia, ut fere fit, et curatia habet *scholam elementarem* cum uno aut in oppidis vel majoribus parochiis pluribus magistris (sive „adstantibus scholae“. Longe plurimae scholae tam pueros quam puellas

scholares habent; ubi scholae puellarum publicae sunt, saepe curae religiosarum subjacent.

2. Praeter scholas elementares („germanicas") existunt *„scholae latinae"* [quae 2, 3 vel 4 classes habent et cum gymnasiis inferioribus s. progymnasiis aliarum civitatum congruunt], *gymnasia* (quibuscum scholae latinae plerumque sunt conjunctae), *lycea,* quae mox scientias tantum philosophicas, quae vocantur, mox quoque theologicas continent, *scholae polytechnicae, commerciales* et *oeconomicae, industriales, seminaria magistrorum, „seminaria studiorum",* instituta pro pueris *superiora,* pro *surdo-mutis, superiores puellarum* (filiarum) *scholae* cet. cet.

3. *Magistri omnium scholarum publicarum a gubernio instituuntur* nulla cum Ordinariis habita deliberatione. Pro quibusdam scholis magistratibus civitatum a gubernio jus tributum est nominandi magistros a gubernio confirmandos. Hoc in eo potissimum nititur, quod agitur de scholis a communitatibus fundatis et sustentatis. Antequam vero professores lyceorum, magistri religionis gymnasiorum et scholarum iis similium, catechetae, inspectores scholarum elementarium districtus, inspectores paedagogiorum a gubernio nominantur, votum Ordinariorum exposcitur, quoad theologiae professores praesertim de fide et moribus candidati. Episcoporum est, missionem canonicam dare et retrahere, inspicere fidei et morum doctrinam, vitam omnium institutorum pro instructione et educatione fundatorum religiosam custodire. Episcopus catechismum aliosque libros religiosos designat; fas ei est, examinibus in paedagogiis habendis per commissarium interesse et, quae sibi videantur, gubernio communicare. Via pastorali in magistros et scholas vim exercere ei licet. Ne haec Episcoporum jura laedantur lege sancitum est, ut, si ordinationes scholasticae gravis momenti religionis doctrinam, disciplinam, mores concernentes emittendae sint, antea episcopi audiantur.

4. *Curam scholarum* gerunt inspectores a gubernio nominandi. Pro scholis germanicis assumtur semper districtus parochus; pro scholis cujusque districtus judicialis unus ex parochis *districtus scholarum inspector* ordinatur. Episcopi, ut fere fit, suos quoque *scholarum decanos* ordinant, qui, qualis sit scholarum status quotannis referant; plerumque iidem, qui inspectores gubernii sunt, ab Ordinariis nominantur. Circuli gubernia habent *„circuli scholarchas"* semper e sacerdotibus (ex. gr. canonici) sumtos.

5. Pueri et puellae usque ad 13tium annum completum scholam quotidianam, usque ad 16tum scholam dominicalem frequentare debent. Ultra hunc terminum catechesim ut juventus frequentet, episcopus ordinare potest; in exequenda vero hac ordinatione a civitate non adjuvatur.

6. Nulla sancitum est lege civili, ut *scholae secundum confessiones* discernantur, re vero omnes scholae elementares sunt confessionales i. e. aut catholicae aut evangelicae. Pro scholis aliquot latinis, gymnasiis cet. hic character in ipsa fundatione (statuto) nititur; ita catholicum est gymnasium Sti Stephani

Augustae, acatholicum gymnasium St. Annae in eodem oppido situm. In regionibus, ubi catholici longe major populi pars sunt, magistrorum scholarum mediarum munus, ut fere fit, catholicis mandatur, et contra in regionibus ab acatholicis praecipue obtentis acatholici vocantur. Sed hoc neque certo principio nititur neque semper neque ubique locum habet. Ubi denique schola unius confessionis non existit pueri ei addicti alterius scholas frequententent licet.

§. 69.

De acatholicis.

Acatholici utique iisdem legibus subsunt; eadem jura, quibus catholici fruuntur, iis competunt; ex omni parte a civitate paribus tractantur principiis, immo dici potest melioribus. Nam quum comparaveris, quae ex aerario publico pro catholicis, quae pro protestantibus erogentur, hos magis diligi existimandum est, id quod tanto magis elucet, quum bona ecclesiastica catholica, a re publica occupata et possessa satis superque necessitatibus ecclesiasticis sufficiant, dum acatholici, quod habuerunt, adhuc possident.

§. 70.

De civitatis erga ecclesiam obligatione.

Quaecumque ab aerario pro dotatione mensae episcopalis, capitulorum cathedralium, administratione dioecesana, seminariis, fabricis ecclesiarum cathedralium, parochiis olim monasteriisex anno 1803 suppressis incorporatis, emeritis et demeritis clericis erogantur, non liberalitate sed *juris titulo privato* nituntur, ecclesiae in §§. 35. 36. recessus deputationis a. 1803 ecclesiae tributo. Hic titulus in Concordato re ipsa est denuo confirmatus et in certis summis expressus. Summae a republica annuatim dandae sufficiunt quidem; quodsi vero immensa bona a republica acquisita respicias, liberales non esse haud difficile confitearis.

Provinciae et Dioeceses.

I. Provincia Bambergensis.

§. 71.

A. *Archidioecesis Bambergensis.*

Erecta et fundata est ab Imp. Heinrico II. a. 1007. Erat ab initio exemta usque ad a. 1803, quo principatus saecularis est redditus. Antiquitus habuit 4 archidiaconatus, post saeculum 16mum paene dimidiam prioris circuitus partem perdidit. Concordato bavarico dat. 5. Jun. 1817 et bulla *Pii* VII. dat. 1. Apr. 1818 „*Dei ac domini Nostri*" restaurata, circumscripta, in metropolim promota est.

Habuit usque ad a. 1808 episc. 62, ex a. 1818 *tres* archiepiscopos. Quartus est:

Michael Deinlein, nat. 26. Oct. 1800, ord. 18. Nov. 1824, Episc. Adramyttum. i. p. et Suffrag. archiep. Bamb. praecon. 27. Jun. 1853, Episc. *August.*, Archiep. inthronis. 10 Novemb. 1858.

Mensa: 15.000 flor. monetae rhenanae ex aerario.

Taxa camerae: 800 fl. aur. de cam.

I. *Situs.* Fines: ducatus Sax.-Coburg. et Meining., princip. Reuss.; regn. Saxoniae, Bohemiae; dioec. Ratisbon, Eichstettens.; regn. Wurttemb. et dioec. Herbipol. Continet partes districtuum gubern. Franconiae super. et mediae, Palat. sup. et Ratisbon. Mil. □ 68. Territorium maximum est quoad religionem mixtum, quum cath. et acathol. permixtim degant. Exceptis iis regionibus, quae veteris principatus Bamb. sunt, acatholici major incolarum pars sunt.

II. *Dividitur* in 1 decanatum Civitatis et 20 rurales. Decanus eligitur a parochis decanatus et ab Ordinario confirmatur.

III. *Status animarum* (1862): Cathol. 253.795. Acath. 308.341, Judaei 12.095.

Neo-communicantes 68.066, *Communic.* generaliter 185.729.

Neo-baptizati: 6395 legit. 2314 illeg., i. s. 8709.

Mortui: masc. usque ad 12. annum 1597, fem. 1277, supra 12. a. masc. 1564 fem. 1663, i. s. 6101

Matrimonia: a) mere *cath.* 1517; b) *mixta:* α) cum educat. cath. 176, β) mixta 26, γ) acath. 120, i. s. 322, i. e. circ. $5^3/_4$ omnium matrimoniorum.

Conversiones acathol.: 1856 — 18, 1857 — 5, 1858 — 11, 1859 — 9, 1860 — 5, 1861 — 4.

Confirmat. sacram. receperunt (a. 1861) 8503.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror.* (fundat. a baronibus de Aufsees) cum Reg., Praef., 45 alumnis, qui gymnas. frequentant. 2. *Seminar. Cleric.* cum Reg., Subreg., 30 alumn.; e quibus 26 frequentant. 3. *Lycei* regii α) sectio theologica, quae habet 6 Prof. cum Dir. β) sectio philos. cum 4 Prof. cler. 21 candid. Absoluto cursu philos. theologicum frequentant. Lyceum fundatur ab aerario; item seminar. cleric. —

b. *Titulus ordin.* solus in usu est *mensae regiae.*

c. Pro cler. *emeritis* (bene meritis) existit fundus, qui a. 1861 *redit.* 12.175, *expens.* 9093 habuit. Plena pensio est 400 fl. Ex hoc fundo etiam adjuvantur parochi in cooperatoribus tenendis et sacerdotes, si qua necessitas urgeat.

d. *Demeriti* clerici recipiunt 200 fl.

e. *Status* (1862): *Sacerdotes saec.*: can. 12, par. 187, capell. 122, benef. resid. 22, emeriti et commor. 58, demer. 1; *in summa* 392. *Sac. reg.* 21; *in summa* 413. — *Sac. jubil.* 8. $18^{60}/_{61}$: neo-ordin. 14, recepti in dioec. 8; mortui 11, dimissi 4. Auctus igitur est numerus sac. ad 7. Ab a. 1832—1861 in summa 500 sac. aut ordin. aut receptione accesserunt, 500 aut morte aut dimissione abierunt. *Summa* sac. curator. 332.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* Reform. 3 conv. 1 hosp., 21 sac., 32 Laic., i. s. 53.

B. *Religiosae.* 1) Virg. anglic. 8 inst., 64 virg. 2) Sor. schol. paup. 6 d., 21 sor. 3) Sor. S. Vinc. 2 d., 12 s. 4) Francisc. paup. Pirmas. 3 d., 14.

Summa Religiosarum: 111.
„ *Regularium*: 164.

Accedunt e *Congr. Eremitar.* (3. Ord. S. Franc.) 2 fratres.

VI. *Unus sacerdos est ad Cathol.* 614.
„ *sac. cur.* „ „ „ 764.
„ *regulares* „ „ „ 1547.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* Eccl. Metrop. SS. Petri et Georg. cum *Praep., Dec.,* 10 Can., 6 Vicar.; 1 Organ, 1 Cant. (laicis). De jure providendi vide supra. Praebendae (vide supra): P. et D. 3.500 fl., 5 can. sen. 1.800, 5 jun. 1.400; 3 vic. 800, 3 à 600 fl.

2. *Alia.* Par. et curatiae 187, cur. et capell. local. 26, benef. resident. 22, simpl. 37, capell. 89, cooperat. 8. Summa *benef.* 272.

De jure providendi vide Tab. II.

Reditus puri beneficiorum curator., quae habent bona propria, sunt secundum fassiones auth. flor. 400 usque ad 500 habent benef. 37, 500—600 fl., benef. 43, fl. 6—700 ben. 35; 7—800 ben. 42, 8—900 ben. 24, 9—1000

ben. 17, 1000—1100 ben. 18, ad 1200 ben. 13, ad 1300 ben. 1, ad 1400 ben. 2, ad 1500 ben. 4, ad 1600 ben. 1, 1700 ben. 1, ad 1900 ben. 1, supra 2200 ben. 1. — *Reditus totalis purus* horum 243 benef. si aeque dividatur, ad unum sunt flor. 754.

VIII. *Scholae cath.* 1. Lyceum (vide num. IV). 2. Gymn. et scholae latinae 1. 3. Seminar. Magistr. element. 1. 4. Schola agricult. commercii et industr. 1mae class. 1. 5. Elementares: 495.

IX. *Administratio.* 1. *Consil. eccles.* cum Dir. (Praep.) 12 Consil. (Canon. cap. et 1 alio), 1 secret. 2. *Vic. Gen.* cum 4 Consil. (3 sunt canonici), 1 secret. 1 protocoll. 3. *Consistorium* (Tribunal matrim. 1mae inst.) cum *Offic.*, 4 Cons., 1 defens., 1 secr. 4. *Tribunal. metropol.* (quod qua 3tia inst. fungitur in causis matrim. separ. pro archid. et suffrag. Monaco-Fris.) cum Dir., 5 Cons. (canonicis), 1 def., 1 secret. — *Cancellaria Ordinariatus* habet Dir. (can.) administrat. et expeditor., registrat., 5 cancell., revisor., cursor. (inter quos 4 laic.),

X. *Societates* et *confraternitates.* 1. *Foedus sacerdotale Ottonianum* ad conservanda et propaganda in clero, quae exercitiis spiritualibus seminata sunt, oratione, bono exemplo, admonitione fraterna, missar. sacrif. pro mortuis, veneratione S. Ottonis. Habet 88 socios. 2 *Societas Ludov. Missionum.* Collecti sunt a. 1859, fl. 4723, a. 1860, fl. 4205. 3. *Soc. S. Bonifacii* pro missionibus cath. in partibus acathol. Germaniae et Septentrionis Missionis. Reditus a. 1861, fl. 650. 4. *Soc. SS. Jesu Infantis.* Collectae a. 1859, fl. 900, 1860 fl. 825. 5. *Soc. Piana.* 6. *Soc. ad paramenta* fac. habet 513 socios et 1683 fl. redit. 7. *Societas pro divulgandis bonis libris catholica* habet 460 soc. (qui per mensem 6 cruc. solvunt et quovis semestri unum librum recipiunt). 8. *Soc. cath. opificum sociorum* in 3 urbibus existunt.

XI. *Fundationes, legata pia* etc. Annis 1860 et 1861 approbatae sunt: *fundationes missarum* in summa 61.929 fl. *ad diversas pias causas* (eccles. repar., pauper. etc.) supra 118.600 fl. Praeterea ecclesia cath. *Coburgi* perfecta est; exstructio expensam 84.084 fl. attigit (e quibus supra 40.000 fl. dux *Augustus* S. Coburg. Gotha dedit). Pro *denario* S. *Petri* collecti sunt 11.654 fl., pro *S. Sepulchro* Jeros. 760 fl. —

Ad supplendam congruam dedit episc. Otto (a. 1642—1653) 15.000 fl., quos auxit alteris 15.000 fl. archiep. Bonifacius a. 1853. Hic fundus *Otto Bonifacianus* habet summam 30.000 fl. (quos Ordinar. administrat.).

§. 72.

B. *Dioecesis Herbipolensis (Würzburg).*

Erecta a. 741 a S. Bonifacio; a. 1803 principatus saecularis est redditus, dioecesis a. 1817 et 1818 de novo circumscripta. Episcopus est

Georgius Antonius Stahl, natus 29. Mart. 1805, ord. 10. Apr. 1830, inthronis. 4. Oct. 1840.

Mensa: 10.000 fl. rh. (ex aerario).

Taxa camerae: 600 fl. aur.

I. *Situs:* in Franconia inferiore.

II. *Dividitur* in 30 *Decanatus* et Civitatis Decan. Decani a parochis eligendi ab Ordinario confirmantur.

III. *Status animarum* (1863): Cath. 455.601.

Communicantes: 319.475.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror.* (Aschaffenburg.) cum 1 Reg. 1 Subreg. 2 Praef. 56 alum.

2. *Seminar. Cleric.* cum Reg., Subreg., Assist.; 57 Alumni collegia frequentant in Facult. theol. univers. Herbipol. Jul. Maximil. Facultas theol. habet 6 Profess.

b. *Titulus ordinationis* est mensae regiae; pauci alium habent.

c. Pro *emeritis sacerdotibus* existit fundus proprius.

d. *Status* (1863): Sac. saec. 780, reg. 97, i. s. 877, Sac. curati 723, extra dioec. 9, neo-ordin. (1862) 29, mortui 26, jubil. 6.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Minor. 2 conv., 13 s. 2 cl. p. 2 nov., 9 L. p. 2 nov., i. s. 28.

2. Reform. 6 conv., 27 s. 35 L. p., i. s. 62.

3. Capuc. 6 conv., 27 s. 1 cl. p. 27 L. p. 1 nov., i. s. 56.

4. Carmel. (discalc.) 1 mon., 8 s. 8 L. p., i. s. 16.

5. August. (calc.) 2 mon., 22 s., 1 cl. p., 19 L. p. 1 nov., i. s. 43.

Summa: 205.

B. *Religiosae:* 1) Carmel. 1 mon., 20 monial. 2) Ursul. 1 m., 25. 3) Virg. Anglic. 3 d. 63. 4) Sor. schol. paup. de N. D. 18 d., 83. 5) Sor. S. Vinc. 2 d., 12. 6) Francisc. paup. 3. Ord. (Pirmasens) 8 d., 46. 7) Filiae SS. Redemptor. 11 d., 59.

Summa 308.

Summa Regularium 513.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 519.

„ *sac. cur.* „ „ „ 630.

„ *regularis* „ „ „ 888.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* Eccl. Cath. cum Praep., Dec., 8 Can., 6 vicar., 1 praedicat. Praebendae: P. et D. à 3.500 fl., 4 can. à 1.600, 4 à 1.400, 3 vic. à 800, 3 à 600 fl.

2. *Alia:* 415 par., 54 benef., 21 curatiae, i. s. 490. Accedunt 202 capell. (incl. local.), 2 off. praedicator., 29 cooperaturae. Reditum omnium benef. 485, qui in catalogo recensetur, si dividas per beneficiorum numerum, unumquodque habet 738 fl. rh. Sunt vero: usque ad 100 fl. 1, ad 200 — 2, ad 300 — 4, ad 400 — 10, ad 500 — 42, ad 600 — 84, ad 700 — 106, ad 800 — 74, ad 900 — 59, ad 1000 — 43, ad 1100 — 22, ad 1200 — 13,

ad 1300 — 5, ad 1400 — 5, ad 1500 — 9, ad 1600 — 1, ad 17 — 1, 18 — 1, 19 — 1, supra 2.

VIII. *Scholae.* 1. Universitas (vide num. IV.). 2. Gymn. et scholae latinae cath. 3, schol. lat. 7. 3. Scholae real. et industr. 2. 4. Seminar. magistror. elem. 1.

IX. *Administratio.* 1. *Ordinariatus: Dir.,* Cons. omnes capitul., secret., actuar., registr., cancell., cursor. 2. *Tribunal. eccl.* II. inst. deleg. pro archid. Bamberg. habet eosdem, quos Ordinar., assessores. 3. *Consistorium* (trib. matrim.) cum Offic., 9 Consil. (canon.) 1 secret., 1 registr., 1 cursore. Hoc collegium sub praesidio ipsius Episcopi fungitur in IIda instantia deleg. pro causis matrim. archid. Bamberg. 4. *Commissio pro administr. fundo emeritor.* habet Dir., 4 consil. (parochos), cassar. es secret., cursor.

§. 73.

C. *Dioecesis Eichstett-ensis.*

Fundata a. 745 a Pippino rege et S. Bonifacio, approbante P. Gregorio III. et Moguntinae metropoli subdita. A. 1015 aliquot partes dioec. Bamberg. subjectae sunt, saec. 16mo valde diminuta est, a. 1802 saecularis reddita, 1817 resp. 1821 restituta et de novo circumscripta (vide Bamberg.).

Sedes episcopalis vacat.

Mensa: 8.000 fl. (ex aerario publico). *Taxa camerae:* 500 fl. aur. = 1135 sc. 65 baj.

I. *Situs.* Continet circulos: Regen - Rezat - Oberdonau - Kreis.

II. *Dividitur* in 17 *Decanatus* praeter *Civitatem.* Quisque decanatus habet *Decanum* et *Camerarium,* qui ab Ordinario instituuntur.

III. *Status animarnm* (1863): Cath. 154.778.

Neo-baptizati a. $18^{61}/_{62}$: legit. nati 5.475, illeg. 1.176, i. s. 6651.

Mortui: adulti 2333, infantes: legit. 3166, illegit. 791, i. s. 6290.

Matrimonia: cath. 1.122; *mixta:* 26 [— 23 cum educat. cath., 1 cum educ. mixta, 2 cum educ acath. —]. Ab a. 1854 usque ad a. 1861 incl. 161 mixta matr. sunt contracta (146 cum cath., 3 cum mixta, 12 cum acath educat.). Dispensat. ab imped. dirim. inita sunt 50, ab imp.

consang.	2di	gr.	5;	*cons.* 3tii	gr. tangent.	2dum	4;
„	3tii	„	16;	„ 4ti	„ „	3tium	2;
„	4ti	„	7.				
affin.	1mi	„	11;	*affin.* 2di	„ „	1mum	1;
„	2di	„	2;	„ 3tii	„ „	2dum	1;
„	3tii	„	1.				

Confirmati: 3938.

Neo-communicantes circ. 2819. *Communic.* generaliter 119.719.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* a. *Seminarium* Eichstett. in quo recipiuntur pueri et usque ad presbyt. educantur. Classes latinas et gymnas. in schola lat. resp. gymn. publ. frequentant; philosophiam et theolog. in seminario, quod habet *Lyceum episc.* cum Rect. et 5 Profess. Seminar. habet Reg., Praef. musicae, 10 alumnos diac., 32 acolyth., 5 tons. philos studios., 51 scholar. gymn. et schol. lat., in summa 98. Praeterea 3 theol. et 6 philos. stud. in civitate degunt. Seminarium habet fundum 122.859 fl. (e quibus pro tempore tantum 13.590 oneribus reditum fere exaequantibus sunt liberi), a gubernio vi compromissi judicialis 2 Mart. 1847 annuos 2942 fl. rh. Seminaristicum summam annuam 274 fl. dat.

b. *Titulus ordinationis* fere solus est *mensae regiae.* 1 sac. ordin. est ad patrimonii, 6 Romae ad tit. missionis, 1 ad tit. mensae dat. a quadam civitate.

c. *Sac. emeriti* e *fundo emeritorum* (domus, ubi degere possunt, deest), cujus reditus ad circ. 6.292 fl. sufficit, partim 400 fl. recipiunt, partim adjuvantur (summa 300 fl. vel minori), ut cooperatorem sibi adjungere possint. Ex eodem fundo beneficia, quorum dotatio minor est, adjuvantur, denique necessitatibus sacerdotum (morbis cet.) subitaneis occurritur. In schematismo accurata redditur ratio.

d. *Demeriti* aut solam tituli (104 fl.) aut duplam tituli summam recipiunt aut in monasteriis collocantur ad resipiscendum et inspectioni decanorum parochorumque subjunguntur, in quorum districtibus domicilium collocant.

e. *Status.* Sac. saec. 369, reg. 31, i. s. 400. Sac. in cura animarum 342, extra dioec. 8, neo-ord. (1862) 9, mortui 16, dimissi 8, recepti 9 (numerus diminutus ad 6), jubil. 1, emeriti 10 (anno 1865 quatuor 50mum sacerdotii annum attingent).

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Reform. 2 conv., 2 hosp., 20 s., 3 cl. nov., 28 L. p. 1 nov., i. s. 52.

2. *Capuc.* 2 conv., 11 s., 9 L. p. 3 nov., i. s. 23. *Summa* 75.

B. *Religiosae.* 1) Bened. 1 m., 43 monial. 2) Sor. paup. schol. de N. D. 7 d., 63 s. 3) Sor. S. Vinc. 4 d., 16. 4) Franc. 3. Ord. (Pirmasens) 4 d., 13. 5) Sor. SS. Salvator. 1 d., 6 s. — *Summa* 141.

Summa Regularium 216.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 387.
„ *sac. curat.* „ „ „ 458.
„ *regularis* „ „ „ 726.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* Eccl. Cathedr. cum *Praep., Dec.,* 8 Can., 6 vicar. De *provisione* vide §. 62. n. 3. *Praebendae* P. et D. à 2.500 fl., 4 can. à 1.600, 4 à 1.400 fl., 3 vicar. à 800, 3 à 600 fl.

2. *Alia.* Par. et cur. 202, ben. 61 (inter quae 10 simpl., quibus offic. tantum s. missam persolvendi incumbit; 18, quorum benef. „pro posse“ tantum

obligantur ad curam, reliqua habent certam in cura sustinenda obligationem), cooperat. 67. Summa 263. *Institutio* beneficiorum fit per Vic. Gen. aut, petente candidato, per Decanum s. Camerarium ad hoc delegatum. Pro decanis, camerar. et 4 parochis vocatur „*investitura*", pro reliquis „*commenda*". Quae in hoc differunt, quod „commendati" jurejurando profitentur „jus Ordinarii permutandi, quando utilitas vel necessitas urgebit juxta laudabilem Ecclesiae Eichstettensis consuetudinem", de caetero non differunt. *Installatio* per Decanum et „regium districtus officium" conjunctim fit.

A republica ex his 263 benef. dotata sunt 3 (curati regior. carcerum), 17 par. ex aerario annuatim 566 ad 1000 fl. et supra habent, quippe quae ante saecularisationem monasteriis incorporata essent, quorum bona respublica confiscavit. Ex eodem titulo 5 ben. reditum 300 ad 500 fl. habent. Praeterea haec beneficia alios habent reditus, jura stolae cet. Permulta alia ex aerario habent aliquem reditum (ex titulis diversis maximum Ordinatui ignotis) partim pecuniae, partim naturalium (granum, lignum cet.) ad 50 fl., 31 par. et 3 benef. 2 coop. à 50—100 fl., 13 par. et 2 ben. à 100—200 fl., 13 par. et 1 ben. à 200—300 fl., 11 par. et 1 benef. à 300—400 fl., 6 par. et 2 benef. à 400—500 fl.

VIII. *Scholae.* 1) Gymnasia et scholae latinae cath. 1 cum 9 mag. 2) Schol. lat. 3. 3) Schol. real. et industr. 1. 4) Schol. elem. Quaevis parochia habet unam pluresve. 5) Seminar. Magistr. elem., gymn. et schol. lat. acath. non existunt.

IX. *Administratio.* 1. *Consil. eccles.* (Ordinariatus) cum *Dir.*, Consil. eccl. (canonicis), 1 secret. 1 archiv. 2. *Vicariatus Generalis* cum *Vic. Gen.*, 5 Consil. (can.) 1 secret. Hoc officium fungitur qua tribunal pro causis disciplinar. 3) *Consistorium* (Trib. matrim.) cum *Offic.*, 5 Cons. (can.) 1 secret. 1 defens. matr. Anno 1862 tractatae sunt causae: crim. nulla, annull. matr. nulla, separ. a thoro et mensa 4.

X. *Fundationes et stipendia* a. 1862 facta sunt ad piam causam usque ad summam 22.234 fl., ad quas accedunt multae aliae donationes ad restaurandas et acquirendas res eccles., utensilium: calicum, paramentorum cet.

IX. *Tributa ecclesiastica.* 1. Seminaristicum, quod a singulis parochis quantitate consueta debetur et 274 fl. est. 2) Consuetum annuum, a parochis solvendum, initio ad sumtum visitationum episcopalium ferendum destinatum, quod in dioecesi redit. 128 fl. 52 cruc. habet.

§. 74.

D. *Dioecesis Spirensis (Speyer).*

Erectam esse saeculo septimo sub Dagoberto I. Francorum rege veri est simillimum. Qui enumerantur primi episcopi minime certi sunt. Subdita erat

ex temporibus S. Bonifacii Moguntinae Metropoli. Anno 1802 saecularis reddita a. 1817 resp. 1821 restaurata et denuo circumscripta est. Episcopus

Nicolaus Weis, nat. 8. Mart. 1796, ordin. 22. Aug. 1818, inthronis. 20. Jul. 1842.

Mensa: 8.000 fl. rh. *Taxa camerae* 500 fl. aur. (1135 sc. 65 baj.),

I. *Situs.* Continet territorium Palatinatus (rhen.) bavar. circuitus mil. □ 107.87.

II. *Dividitur,* ut territorium politicum in 12 „commissariatus rurales", in 12 decanatus districtibus civilibus correspondentes. Decani et *definitores* cujusque decanatus a parochis electione proponuntur, ab Ordinario nominantur.

III. *Status animarum* (Dec. 1861): Cath. 252.953, Acath. (evang. unit. conf.) 322.019, menonit. cet. 2.948; judaei 14.582.

Ab a. 1852—1857 numerus animarum cathol. propter emigrationem 10.187 diminutus fuit. Mense Dec. a. 1858 erant 247.851 cath., ita ut intra hoc triennium (ab a. 1858—1861) numerus 5.102 auctus sit.

De reliquis, quum „registra status" quoad effectum civilem non a parochis, sed a magistratu civili conscribantur, apud Ordinariatum nihil constat.

IV. *Clerus.* a. *Status* (Oct. 1863): S. s. 288. [1 episc., 2 dignitar., 8 can., 5 vicar. eccl. cathedr., 180 parochi, 1 reg. semin., 1 subreg., 1 repet., 1 dir. convictorii, 1 praef. conv., 2 prof. gymn., 1 insp. seminar. magistr., 1 praef., 22 administrat. paroch., 3 curati carcerum, 30 capell., 14 par. emeriti, 7 titulo mensae viventes; extra dioec. 8]. Sac. curati 240, jubil. 1. Annis 1850—1858 ordinati sunt 86 sacerdotes.

b. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror.* (Reg., Dir., Praef.) cum 110 alumnis, qui in gymn. publico instruuntur. 2. *Seminar. Clericor.* Reg., Subreg., Repet., 3 Prof. et 6 alumni. Theologiae studiosi absoluto philosophiae studio et biennio theol. in univers. (Monac. aut Herbipol.) in seminar. recipiuntur. Erectio seminarii secundum accuratam Conc. Trid. regulam collisionis cum ministerio bavarico ansam dedit anno 1864. A civitate pro seminario annuatim solvendi sunt 8.330 fl. rh.

c. *Titulus ordinationis* solus est mensae regiae.

d. Pro *emeritis* parochis existit fundus emeritorum, formatus ex fructibus parochiarum intercalaribus, ex antiquo hoc fundo, certa summa a republica solvenda annuatim, fundationibus et legatis ad hunc finem destinatis, pecunia solvenda ab iis, qui foederi cum eo conjuncto adscribuntur, et quum recipiantur, et annuatim. Est enim cum fundo emeritorum conjuncta „societas libera pro adjuvandis clericis aegrotis", quae habet 117 socios. In schematismo a. 1859 fundus recensetur 146.954 fl. Pensio emeriti maxima est 500 fl.

e. Pro *demeritis* neque domus neque certus fundus adest. Aut ad titulum mensae reducuntur, aut supplementum ex fundo emeritorum iis praebetur.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* Minorit 1 conv., 6 s. 4 L. p.

B. *Religiosae.* 1) Dominic. 1 mon. 15 monial. et laic. 2) Virg. Angl. 1 d. 4 sor. 3) Sor. Inf. Jesu Paup. 1 d. 21 sor. 4) Francisc. Paup. 3. Ord. *(Pirmasens)* domus materna et 6 fil. cum 90 sor. et nov. Praeter has 168 sorores hujus congregationis in dioeces. Monac., Bamberg., Ratisb., Eystett., August., Friburg. laborant. 5) Sor. schol. Paup. 1 d. 36 sor. et nov. *Summa* 166.

Summa Regularium 176.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 860.
„ *sac. curat.* „ „ „ 1.054.
„ *regularis* „ „ „ 1.439.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* Eccl. Cath. ad B. M. V. Assumpt. cum Praep., Dec., 8 Can., 6 Vicar. *Provisio* §. 62. n. 3.

Praebendae: P. et D. à 2.500, 4 can. à 1.600, 4 à 1.400, 3 vic. à 800, 3 à 600 fl. rh.

2. *Alia.* 214 par. cum multis filialibus. Benefic. resid. 3. Omnes parochi (quum *jus franco-gallicum* in hac dioecesi vigeat) ex aerario 500 francos recipiunt et, ubi reditus e bonis propriis vel percepti communales non sufficiant, ad congruam 700, 800 et 1000 fl. supplendam necessaria summa subminstratur ex eodem. Ex indice in schematismo contento reditus beneficiorum sunt: 200 usque ad 300 fl. — 45, ad 400 fl. — 48, ad 500 — 28, ad 600 — 31, ad 700 — 11, ad 800 — 16, ad 900 — 9, ad 1000 — 3, ad 1100 — 1, ad 1200 — 4, ad 1300 — 3, ad 1500, 600, 700, 900 singulae. Quoad reliquas nulla notatur fassio apud 1; 2 sunt infra 200 fl.

3. *Fructus intercalares* praebendarum et vicariarum eccl. cath. fabricae eccl. cath., parochiarum vero fundo emeritorum assignantur. Si parochiae sint pauperes aut templum s. aedes paroch. reparatione indigeant, toti vel pro parte ad hunc finem destinantur.

VIII. *Scholae.* 1 Lyceum (Spirae) philos. 2 Gymn. 4 scholae reales, 13 scholae latinae (quot ex iis catholicae sint, ignoro), 630 scholae element. *cath.* cum totidem magistri (masc. sive fem.). Scholae elem. *acathol.* 825, *jud.* 61. Pro regula scholae elem. aut mere cath. aut acath. sunt. Ubi vero paupertas communitatum vel parvus unius confessionis scholarium numerus obstat, *scholae mixtae* existunt, quibus magistri, si numerus discipulorum utriusque confessionis aequalis sit, alternando cath. et acath. praeficiuntur.

IX. *Administratio.* 1. *Ordinariatus* cum Dir., 9 Cons. (can.) 1 Secret. Hic. Ord. et causas matrimon. judicat et causas discipl. cleric. in 1ma inst. Anno 1862 *unus* process. discipl. fuit. 2. *Officialatus* cum Offic. et 1 Secret. 3. *Consil. administrandi fundi emeritor.* cum Praes., 4 Consil., Rationario. 4. *Consil. administr. fundi decanalis* cum Praes., 3 Consil., 1 Rationar. Hic fundus, formatus ex paucis, quae revolutio reliquerat, resol. regia diei 18. Jun. 1830 ad sustentanda onera decanatibus connexa et ad remunerandos decanos ex resol. 8. Dec. 1855 ab ecclesia administratur.

X. *Tributa ecclesiastica* nulla existunt. Voluntarias summas tribuunt clerici annuatim 1) pro convictorio ab anno 1851 usque ad a. 1857 in summa 12.528 fl., 2) pro domo dioecesana orphanorum aliisque piis causis.

XI. *Societates et Confraternitates.* 1) „Societas pro adorando SS. Sacramento et adjuvandis ecclesiis pauperibus" habuit 22. Dec. 1858 socios 613, redit. 360 fl. 2) Soc. Sti Johannis. 3) Societas Inf. Jesu. 4) Soc. Ludov. Missionum (per annos viginti in summa 40.800 fl.). 5) Soc. S. Nicolai pro orphanis. 6) Societates S. Vicentii, S. Elisabethae ad adjuvandos aegrotos.

Fundationes missarum omnis generis ab a. 1851 usque ad a. 1858 factae sunt ad summam totalem 51.318 fl. (1143 fund.)

II. Provincia Monaco-Frisingensis.

§. 75.

A. *Archidioecesis Monaco-Frisingensis.*

Concordato a. 1817 sedes episcopalis *Frisingae* Monachium est translata eaque in metropolitanam erecta, cui pro dioecesi datum fuit territorium, quod eo tempore dioecesis Frisingensis habebat; Antistites „Archiepiscopi Monachii et Frisingae" nuncupandi sunt. Frisingae dioecesis a. 718 a S. Corbiniano est fundata et metropoli Salisburgensi erat subjecta.

Tertius Archiepiscopus est:

Gregorius Scherr, Ord. S. B., nat. 22. Jun. 1804, ord. 4. Aug. 1829, inthronis. 28. Aug. 1856 (ex a. 1840 abbas mon. S. B. Mettensis).

Mensa: 20,000 fl. ex aerario. *Taxa camerae* apost. 1.000 fl. aur. (= 5.000 fl. rh.).

I. *Situs.* In districtibus Gubernii bav. superioris et inferioris sita.

II. *Dividitur* in 2 *Commissariatus* archiep. (Monacens. et Landshutens.) et 36 *Decanatus.* Cuique decanatui praesunt: decanus, camerarius, testis synodalis (ex parochis), qui a clero decanatus curato aut in concilio publico aut suffragiis ad curiam episcopalem mittendis eliguntur et ab Ordinario confirmantur.

III. *Status animarum* (a. 1865). Cathol. 550.871, Acath. ad 20.000, Jud. 4.000.

Communicantes (excepta civitate Monac.) 350.113.

Nati 21.741, inter quos legitimi masc. 8.101, fem. 7,455, i. s. 15.556; illegit. masc. 3.157, fem. 3.028, i. s. 6.185.

Mortui: infantes 11.113 (inter quos 443 non-baptizati), adulti 8.611 (inter quos 730 sine sacramentis) in summa 19.724.

Matrimonia sunt contracta 5.378 mere catholica.

Mixta 182, inter quae cum educat. mere cath. 124, mixta 1, acath. 57.

S. Confirmat. sacram. receperunt 4895.

Anno 1864 numerus animarum auctus est 14.465. Nati a. 1864 erant ad incolas univ. ut 1 ad 20, mortui ut 1: 20, nati illeg. ad natos legit. ut 1 : $2^1/_4$. Nati sunt plus quam mortui 2017.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminaria puerorum* Frisingae et Scheyern, quorum alumni (54 et 133) Frisingae in gymnasio publico, Scheyern in gymnasio PP. Benedict. instituuntur. Ex iis alumnis 41 et 128 gratis aluntur. 2. *Seminar. Clericorum* Frisingae cum Dir., Subreg. et duobus presb. habet 67 alumnos, qui in Lyceo publico scholas frequentant. Reditus est aut e bonis propriis aut ex aerario. Accedunt 1000 fl. ex *seminaristico,* a clero antiquae dioecesis partis solvendo, et *alumnatico* a clero ejus partis solvendo, quae a. 1808 ab archidioec. Salisburgensi et dioecesi Chiemensi separata et Monac. adnexa est. 3. *Collegium Georgianum* cum universitate Monac. conjunctum, in quo 60 alumni (ex archid. 11, dioec. August. 33, Ratisb. 10, Passav. 4, Spir. 2) gratis aluntur. In eo est *seminarium homileticum* cum 50 alumnis.

Facultas theologica univ. *Monac.* habet 7 Prof. 2 privatim docentes. *Lyceum Frising.* habet Dir. sacerd. et in sectione *theol.* 5 Prof., in philos. 2 (cum direct.), gymn. Fris. 6 magistros sacerd.

b. *Titulus ordinationis.* Plurimi sacerdotes ordinati sunt ad titulum mensae regiae, pauci ad tit. mensae a communitate datae vel patrimonii, regulares ad tit. prof. rel. vel paupertatis.

c. Clerici *bene meriti (emeriti)* aluntur aut ex aerario publico (ex quo annuatim pro regno bavarico dantur 16.500 fl.) aut e *fundo emeritorum dioecesano,* aut e beneficio. Eodem modo clericis demeritis providetur. Titulus mensae regiae datur sacerdotibus, qui, antequam beneficium ecclesiast. congruum canonice adepti sint morbo corporis aut animi inhabiles sunt redditi, aut qui sententia criminali depositi sunt, aut denique beneficium tam tenue habent, quod sustentationem ad vitam sufficientem non praebeat. Si presbyteri deficientes beneficium congruum habent aut resignatione canonica pensionem annuorum 400 fl. e fundo emeritorum merent, titulus regius denegatur. Pro regula duplex titulus 208 fl. datur, pro demeritis 182 fl. 30 kr., triplex fere tantum pro sacerdotibus mente captis. Simplex titulus datur ad supplendam congruam aut ad adjuvandos clericos (e. gr. pro salubrium aquarum usu). Quinquennio postremo annuatim ex aerario dati sunt 7.500 fl. Fundus emerit. est 365.248 fl., e quibus 263.712 fl. actu reditum dant. A. $18^{62}/_{63}$ reditus erat 49.874 fl., expensa 45.831 (pro pensionibus 10.452. adjum. 3.004, cooperatoribus tenendis 1303).

d. Sacerdotes *puniendi* detinentur in „domo presbyterorum“ Dorfenii, aut in monasteriis. Praeterea hospitium presbyterorum Neuburgense (in dioec. August.) interdum sacerdotes recipit.

e. *Status* (fine a. 1864): sac. saecul. 1165, regul. 133, i. s. 1298. Inter sac. saec. sunt praeter Archiep. et Auditorem Nuntiaturae can. vicar. benef eccles. metrop. et collegiatar. 44, parochi 350; benef. 201, expos. et vicar. 62, cooperat. 164, coadjut. 115, praedicatores professor. cet. 107, commorantes 120. (Magnus numerus est sacerdotum aliarum dioecesium in hac dioecesi commorantium).

Compleverunt 90^{mum} aetatis annum 1, 88^{vum} 2, 87^{tum} 1, 86^{tum} 4, 85^{tum} 2, 83^{tium} 3, 80^{mum} 4, 75^{tum} 13, 70^{mum} 33, 65^{tum} 54, 60^{mum} 156, 50^{mum} 264, 40^{mum} 305, 30^{mum} 256, 25^{tum} 50. Annum presbyteratus 50^{mum} peregerunt 25, 40^{mum} 65, 30^{mum} 283, 25^{mum} 125.

Anno 1864, *neo-ordin.* sunt 18, in dioec. recepti 24, mortui 31, e dioec. dimissi 22. Itaque numerus diminutus est 11. Decennio proxime praeterito sunt: neo-ord. 293, recepti 338; mortui 300, dimissi 286, itaque numerus totalis auctus per hoc tempus 45.

In aliis dioec. degunt 8. Monasteriorum saecular. redditorum adhuc vivunt 2 ex-religiosi. Summa sac. curatorum 917.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Benedict. 2 abbat. (Scheyern, Monachii) cum 47 sac. 1 cl. prof. 1 nov., 32 laic. prof. 7 nov. 3 cand., i. s. 91.

2. Capuc. 3 conv. 28 sac. 17 laic. p., i. s. 45.

3. Reform. 3 conv. 1 hosp.; 33 sac. 7 cler. prof., 29 laic. p., i. s. 69.

4. Redemptor. 1 coll., 20 sac., 14 laic. prof., i. s. 34.

Summa 239 (accedunt 2 ex aliis dioec.

B. *Religiosae.* 1. Soror. Miser. S. Vincent. in 29 instit. cum 71 Prof. 26 nov. 26 cand., i. s. 123. [In dioec. *August.* fine a. 1864 erant in 13 instit. 56, in *Passav.* in 6 instit. 22, in *Ratisbon.* in 18 instit. 61, in *Eichstett.* in 4 instit. 15, in *Herbipol.* in 2 instit. 13; *in toto regno Bavariae* erant 453 prof. 52 nov. 36 cand., in summa 541].

2. Benedict. 1 mon., 13 prof. 1 nov. 13 laic. prof., i. s. 27.

3. Brigitt. 1 mon., 22 prof. 9 laic. prof., i. s. 31.

4. Virg. anglic. 12 instit. et filial. dom., 333 sor. [in toto regno fine a. 1864 in 12 dom. et 40 filial. 972 sor. et 80 cand., quae 1341 puellas educant et 10.925 docent].

5. Sor. schol. pauperes 1 dom. mat. et 24 fil. cum 183 prof., 50 novit., 27 cand., i. s. 260.

6. Francisc. 2 dom., 33 prof. 2 nov. 6 laic. prof., i, s. 41.

7. Sor. Pastoris boni 1 dom., 26 prof., 20 laic. prof., 11 aliae, i. s. 57.

8. Salesian. 3 mon., 70 prof. 26 laic. prof., 22 aliae, i. s. 118.

9. Servit. 1 mon., 41 prof. 5 nov., i. s. 46.

10. Ursul. 1 mon., 41 prof. 4 nov., i. s. 45.

11. Filiae SS. Redempt. 5 inst. 16 prof., 11 nov., i. s. 27.

Summa Religiosarum 1108.

„ *Regularium* 1347.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 424.

„ *sac. curatus* „ „ „ 600.

„ *regularis* „ „ „ 409.

VII. *Beneficia.* 1. *Capitulum* Metropolit. Eccl. B. M. Virg. cum Praep. et Dec. (infulat.), 10 Capitul. 6 Vicar., 3 ad honores. De jure providendi vide supra §. 62. n. 3. Praebendae; Praep. et Dec. 4.000 fl., 5 can. sen. à 2.000, 5 jun. à 1.600, vicar. 3 à 800, 3 à 600 fl.

2. *Capitul. collegiat.* a) ad S. Cajetanum Monachii cum Praep., Dec. et 6 Capit., 6 honor., 1 ad honores, 6 vicar. chori, 1 praedic., 1 caeremon. b) *Cap. coll.* Laufen cum Dec. et 3 Can. cur. 3 incur. c) *Cap. coll.* Tittmonning cum Dec., 3 Can. cur. 2 incur.

3. *Alia:* parochiae 365, benef. et manualia (comprehensis iis, quae ob tenuem dotationem proprium beneficiarium non habent sed aliis adjunguntur) 437, vicar. et exposit. 60, cooperat. 189, coadjutoriae (quarum numerus differt, quum aliquot tantum parochi obligati sint ad coadjutorem assumendum, pro regula ibi coadjutor adsit, ubi numerus missarum fundatarum aliaeque obligationes, senectus vel valetudo tenuis aliaeve rationes personales et locales postulant), alia (officia praedicatorum, confessariorum monialium, capellaniae arcenses cet.) 81, in summa 1339.

De jure providendi vide Tab. II.

Beneficia omnis generis propria possident bona. 25 parochiae, quondam monasteriis incorporatae ex §. 37. conclusi deputat. Imp. R. G. a. 1803 ab aerario dotationem pro parte habent.

Congrua parochorum censetur 700 fl.

VIII. *Scholae.* 1. Universitas Monacensis (vide num. IV. a.). 2. Lyceum Frisingense (ibid.). 3. Gymnasia: 5 publica a civitate dotata, 1 archiep. Magistri illorum 5 a republica nominantur. Catechetae et inspectores scholarum district. ab Ordinario missionem eccles. recipiunt. 4. Elementares 843. Magistri a republica nominantur, scholarum regii inspectores locales sunt parochi. Scholae elementares aut catholicae aut acath. sunt, in mediis et superioribus religio et historia a magistro cath. et acath. traduntur. Scholae elem. acath. in 5 locis adsunt.

IX. *Administratio* dioecesana. 1. *Consilium archiep. ecclesiasticum generale* [ad quod omnes Capitulares metrop. vocantur; Ordinarius vero alios quoque presbyteros ordinare potest] cum Direct., qui absente Ordinario praesidet, jurisdictionem vero non exercet; ad tranctandas res temporales [administrat. bonorum fabricarum et beneficiorum, res ad decimas redemtas pertinentes, aedificationem, administrat. seminariorum, monasteriorum temporalia, fundum emeritorum (administrandum a praeside e capitularibus sumto et aliquot e clero

dioecesano presbyteris electis et cassario clerico)] res scholasticas, societatis dioec. artificiae, fines parochiarum et decanatuum regundos cet., praeterea res graves, quae ad rempublicam pertinent. Adsunt praeter Canonicos 19 Consil. eccles.

2. *Vicariatus generalis* sub Vicario generali habet eos Consiliarios (8) et assessores, quos Ordinarius e capitularibus aliisve nominat. Sessionibus Ordinarius praesidere solet. Tractat a) spiritualia omnis generis (ordinationes, approbationes, collationes institutiones cet., causas disciplinares clericorum, res decanatuum, curam, sacram. administr., fundationes, dispensationes matrimoniales aliasve causas matrim. non contentiosas, casus conscientiae, res regularium, fraternitatum, societatum, ecclesiast., censuram librorum cet.) Vic. gen. jurisdictionem secundum jus commune exercet, insuper executionem facultatum quinquennalium aliarumve extraordinariarum. Vota consiliariorum sunt mere consultativa, quum decisio Ordinario (Vic. gen.) competat; b) qua tribunal 1mae instantiae causas litigiosas, exceptis matrim.

3. *Consistorium* s. tribunal matrimoniale 1mae instantiae cum Dir. (Offic.), 2 Consil. 1 assess. 1 secr. 1 Cancell. 1 Def. matr.

4. *Tribunal metropolitanum* cum Dir., 3 Consil., 2 Assess. 1 Secret., 1 Def. matr. Praeter causas litigiosas dioecesium suffrag. est 3tia instantia pro provincia Bambergensi, partibus facultate competente in 3tia inst. ad Curiam Romanam provocandi.

Secunda instantia pro archidioecesi in omnibus causis litigiosis delegata est a Papa Episcopo Augustano (decreto 12. Jun. 1863 in tres annos). In 3tia instit. ad Curiam Rom. in causis a Vic. gen. decisis appellatur; moderno vero Nuntio apost. facultas data est, in casu unum ex episcopis Bavariae delegandi.

X. *Societates* et *Confraternitates.* 1. Soc. S. Corbiniani (ex a. 1859) ad suppeditanda et fundanda ea, quibus seminarium puerorum dioecesanum sustentetur. Reditus a. 1864 erat 51.614 fl., expensa 34.977 fl. Bona, quae reditum actu dant, sunt 157.663 fl., in summa 255.340 fl. 2. Soc. Missionis Ludoviciana. Ex archidioecesi a. 1854 dati sunt 30.127 fl. 3. Soc. S. Vincentii a Paula. 4. Soc. ad educandos infantes neglectos, qui red. 3655, expens. 3263, bona 16.231 fl. habuit. 5. Soc. SS. Jesu Infantis (cujus consilium generale Parisiis sedet) ex archid. a. 1864 summam 7934 fl. recepit. 6. Soc. Opificum cathol. 7. Soc. S. Elisabethae (ad adjuvandos pauperes, aegrotos cet.) circ. 600 pauperes adjuvit, red. 6685, exp. 5642 habuit. 8. Institutum Marianum pro catholicis mulieribus servientibus 1017 puellas apud dominos collocavit, 496 hospitavit 53 reconvalescentes aluit, habuit red. 8674, exp. 7728 fl. rh. 9. Domus, in qua mente capti, quos vocant „Crétins", aluntur et societas ad hunc finem erecta red. 24.523, exp. 13.181 fl. habuit et 92 aegrotos curavit. 10. Soc. perpetuae adorationis SS. Sacramenti et ad adjuvandas ecclesias pauperes habuit red. 1407, exp. 1249, fundum 3258 fl.

11. Soc. dioec. arti christianae dicata. 12. Soc. pro restauranda eccl. Metropolitana.

XI. *Fundationes, legata pia* cet. Pro *s. sepulchro Hierosol.* collecti sunt a. 1864, fl. 12.242, praeterea 4 collectae generales pro aedificandis ecclesiis in aliis dioecesibus habitae sunt. Pro *denario S. Petri* a. 1864 recepti sunt ex collectis 17,851, a *confraternitate S. Michaelis* 4666. i. s. 22.518 fl. *Fundationes* a. 1864 pro anniversariis aliisve missis 491 factae sunt cum fundo 140.761 fl. destinatae pro 202 parochiis (pro parochiis Monachii 68). — 1 benef. erectum 2 benef. fundata et erecta sunt, 3 officia praedicatorum, 2 expōsiturae cum obligatione scholam tenendi, 2 expos. curatiales creatae, 6 dismembrationes factae.

§. 29.

B. *Dioecesis Augustana* (*Augsburg*).

Erecta saeculo VIto exeunte, saecularis reddita a. 1803, per concordat. a. 1817, bulla „Dei ac Domini" a. 1819 restituta et de novo circumscripta est Episcopus

Pancratius Dinkel, nat. 9. Febr. 1811, ord. 31. Aug. 1834, inthronis. 21. Nov. 1858.

Mensa: 10.000 fl. *Taxa camerae:* 600 fl. aur. = 3332 fl. rh.

I. *Situs.* In district. Gubern. Schwaben et Neuburg, Bavariae super. et Franconiae mediae.

II. *Dividitur,* si adnumeres civitatis decanatum et archidiaconatum in 40 decanatus. Decani aut a parochis electi aut ab Ordinario nominati ab hoc ipso instituuntur.

III. *Status animarum* (1863): Cath. 616.947, Acath. 70.000 ad 80,000, Jud. ad 5.300.

Neo-communicantes 11.000—12.000. Idem numerus *confirmatorum* per annum adest, a. 1862 extraordinarie 17.531.

Matrimonia mixta sunt contracta 123, quorum 100 cum educat. liberorum cathol., 23 cum educat. aut mixta aut acathol. Reliqui numeri ignoti sunt Ordinariatui.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. puerorum* Dillingae (fundat. a. 1861) cum Inspect., Praef. et 24 alumnis.

2. *Seminar. clericale* (ibidem) cum Reg., Subreg. et 39 alumnis; praeterea in collegio Georg. Monacensi aliquot (vide supra) student. Theologi Dillingae per tres annos Lyceum frequentant, cujus sectio theolog. cum 6

Prof. Alumni 2di et 3tii anni in una domo degunt, 1mi anni in civitate commorantur.

b. *Titulus ordinationis* ordinarius est mensae regiae.

c. Pro *emeritis* adest fundus emeritorum (qui iisdem atque in aliis dioecesibus nititur principiis et iisdem mediis augetur et sustentatur). Membra sunt 1295. Reditus a. 1862 est 35.350 fl., exp. 33.248 fl. rh. Bona sunt 137.427 fl., qui reditum dant, in summa 166.468 fl. Accedit hospitium pro presbyteris dioecesium bavaricarum *Neoburgii* fratribus Misericordiae traditum, in quo 19 degunt.

d. *Demeriti* et *poenitentes* in domo presbyterorum degunt conjuncta cum seminario clericali, cujus reditus ex fundo 45.000 fl. sufficit, quum ipsi corrigendi beneficiati sumtum ferre debeant, aliis vero titulus simplex 104 vel 182 fl. praebeatur.

e. *Status* (1862): sac. saec. 1504, regul. 68, i. s. 1572, si addas 19 extra dioec. commorantes 1591. Inter sac. saec. 2 dignitarii, 8 canonici, 810 parochi, 235 curati et benef., 58 administratores paroch. et benef., 281 capell. et cooperat., sacerdotes curati 1.384. Jubilati 21, emeriti 9.

Neo-ordinati 34, ingressi dioec. 6; egressi 4, mortui 37. Itaque numerus a. 1862 diminutus 1.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Benedict. 1 abb. 1 prior. 1 hosp., 33 sac. 32 laic. i. s. 65.

2. Reformati, 1 mon. 2 hosp., 12 sac. 17 laic. prof., 29.

3. Capuc. 3 conv. 2 hosp., 20 sac. 3 cl. p., 23 l. p., 46.

4. Fratres Miseric. S. Joh. 2 conv. 2 hosp., 3 sac. 24 l. p. 4 nov., 31.

Summa 171.

B. *Religiosae.* 1) Cisterciens. 1 mon., 17. 2) Dominic. 6 conv., 117. mon. 3) Francisc. 3. Ord. 13 inst., 247 sor. 4) Virg. Anglic. 8 dom. 178 pers. 5) Sor. schol. paup. de N. D. 16 inst. 67 sor. 6) Sor. car. S. Vinc. 11 dom., 77 sor. 7) Franc. paup. 3. Ord. (Pirmasens) 4 dom., 15 sor.

Summa: 718.

Summa ommium regularium: 889.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 388.
„ *sac. cur.* „ „ „ 445.
Una persona regul. est ad „ 694.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* eccl. cath. B. M. V. Assumpt. cum Praep., Dec., 8 Cap., 6 vic., 1 praed. Jus providendi §. 62. n. 3. Praebendae: P. et D. 3.000; 4 can. à 1.600, 4 à 1.400, 3 vic. à 800, 3 à 600 fl.

2. *Alia:* 833 par., 92 curat., 209 benef,, i. s. 1134. Eccl. paroch. 840, fil. circ. 840. De jure providendi vide Tab. II. Beneficia plurima habent bona propria, parochiae non 700, curatiae non 500 fl. reditus dantes aut ab

aerario adjuvantur aut omnino dotantur; parochiae monasteriis ex a. 1803 suppressis pleno jure incorporatae vi rec. deput. imp. a. 1803 ab eodem dotantur.

VII. *Scholae.* 1. Lyceum theol. (supra IV. a. 2.) et philos. *Dillingae* et *Augsburg* (cum 4 Prof.). 2. *Gymnasia* sunt 5 cum scholis latinis 4 classium adjunctis, 10 scholae latinae (7 cum 4, 3 cum 2 classibus). 3. Schola polytechnica, oeconomica et industrial., commercial. et industrial., 1 seminarium magistrorum cath., 1 institut. pro educandis orphanis, 1 pro pueris surdo mutis et 1 pro puellis, 1 institut. majus pro educandis pueris et 1 pro puellis, 1 „schola major“ pro puellis cath., 1 instit. pro pueris pauperibus „derelictis“, 1 pro puellis. Praeterea quaevis parochia et curatia unam scholam elementarem cum uno, si major est urbs, duobus vel pluribus magistris vel coadjutoribus („adstantibus“ ut vocantur). Scholae, in quibus magistrae puellas tantum docent, existunt 42, omnes cum congregationibus regularibus conjunctae. Pro regula una scholae element. classis 100 tantum pueros habere debet. — Acath. parochiae suas scholas acath. habent.

IX. *Administratio dioecesana.* 1. *Vicariatus generalis* sub Vic.-gen., 6 Consil. 2. *Consil. eccles. gen.* cum Dir., 10 Consil. 3. *Consistorium* s. tribunal matrim. cum Offic., 4 Consil., Def. matr., quod fungitur vi delegationis apost. qua instantia II. pro appellationibus ab Archiep. Monacensi et qua III. inst., quum appelletur a dioecesanis Rothenburgensibus a Metropolitano Friburgensi. Reliqua uti apud archid. Monacensem. In 3. inst. 1 matr. nullum fuit declaratum.

X. *Fundationes* cet. A. 1862 erecta sunt 4 benef. et factae duae dismembrationes paroch. — Anniversariar. fundata sunt 876 cum dote summar. 86.995 fl. — 34 parochiis donationes diversi generis et valoris sunt factae. — Collectae erant: pro mission. soc. Ludov. 14.572 fl. pro soc. S. Bonif. 757. — pro soc. SS. Infantis Jesu 12.852 fl. — pro s. sepulchro Hierosol. 3094 — pro monast. mulier. Boni Pastoris Monach. 118 fl. — pro SSmo Patre Pio PP. IX. 15.316 fl.

§. 77.

C. *Dioeceses Passaviensis* (*Passau*).

Dioecesis Laureacensis circa a. 100 p. Ch. n. erecta esse fertur; 737 sedes Passav. translata fuit. Dioecesis a. 1802 saecularisata, a. 1817 restaurata est. Numerantur ab a. 737 usque ad saecularis. 75 episc., exinde 2. Tertius

Heinricus Hoffstätter, nat. 16. Febr. 1805, ord. 5. Aug. 1833, inthronis. 17. Mart. 1840.

Mensa: 8.000 fl. — *Taxa camerae* 600 fl. a. (3332 fl.).

I. *Situs.* Major dioecesis pars ad circulum Bavariae inferiorem, minor superiorem pertinet.

II. *Dividitur* in 18 Decanatus. Decani a benefic. capituli ruralis per vota majora eliguntur et, Gubernio communicatis nominibus, ab Ordinario nominantur, instituuntur.

III. *Status animarum* (1862): Cath. 287.269 (a. 1861 — 284.955) Acath. 617 (a. 1861 — 616). Jud. 4.

Nati 9443 (a. 1861 — 9710). Mortui 3939 (a. 1861 — 3913).

Matrimonia 1960 (a. 1861 — 1872).

Matr. mixta pauca a. 1862, omnia exceptis 2 cum promissa educat. liberor. cath. inita sunt.

S. Confirmat. sacr. receperunt 5637 (a. 1861 — 5376).

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror.* (2 sectiones) sub 2 Reg., 3 et 6 Praef. cum 84 et 110 alumnis, qui gymnasium regium frequentant. Soc. Maximil. et Valent. a. 1863 summam 9.273 fl. dedit. 2. *Seminar. Cleric.* et domus presbyter. ad SS. Cor Jesu (Mariahilf) cum Reg., 14 alumnis presbyt. Semin. ad S. Stephanum (Passav.) cum Reg., 2 Praef., 65 alumnis. Praeterea 4 in sem. Georg. Monac., 1 Herbip. est.

b. c. De *titulo ordinationis* et cura *emeritorum* ac *demeritorum* idem dicendum est, quod in dioec. Monac. valet. Adest domus presbyterorum, e cujus reditu 44 sac. a. 1862 adjuvabantur cum 5.249 fl. Titulum mensae regiae hoc anno percipiebant 41 sac. ad summam totalem 8.030 fl. Praeterea existit „domus commorantium“ sac. et „domus poenitentium“ (Mariahilf).

d. *Status:* sac. saec. 526, reg. 43, i. s. 569. — Inter saecul. 144 parochi, 56 benef. et provisores benef., 13 vic. paroch., 17 expositi, 237 admin., coop. coadjut. cet., sac. sine off. 26, can., vic. choral., praef. semin., prof. 33. *Sac. curati* 467.

Sac. jubilati 11. — Neo-ord. 17, ingressi 7; mortui 10, egressi 15. Numerus diminutus est 1.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Capucc. 1 conv. 1 hosp., 19 sac. 22 L. p., i. s. 41. 2. Redempt. 1 coll., 24 sac. 4 nov., i. s. 28.

Summa 69 et 1 Bened. e mon. saecularisato.

B. *Religiosae.* 1) Virg. Anglic. 17 dom., 277 pers. 2) Sor. schol. paup. de N. D. 2 inst., 6. 3) Sor. car. S. Vinc. 6 dom., 21.

Summa 304.

Summa omnium regularium 373.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 505.

„ *sac. curat.* „ „ „ 616.

Una persona regularis „ „ 770.

VII. *Beneficia.* 1. *Cap.* eccl. cath. S. Stephani cum Praep., Dec., 8 Can., 6 Vicar., 10 capell. episc. es presb. choral., Jus providendi supra §. 26

n. 3. Praebendae: P. et D. à 2.500, 4 can. à 1.600, 4 à 1.400, 3 vic. à 800, 3 à 600 fl.

2. *Alia:* par. 149, benef. 57, vic. par. 13, expos. 23. 6 benef. unita sunt exposituris, 1 benef. vicariae paroch. In pluribus parochiis benef. manualia data sunt aut parochis aut aliis presbyteris cum obligatione persolvendi s. missas cet.

VIII. *Scholae:* 1 Lyceum (Passav.), 1 Gymn. et schola latina, 1 schola industr. (cum 10 Prof. cler.). Praeterea 1 schola lat. et 2 reales. Scholae elementares cath. in 274 locis existunt, in 18 eorum praeter scholam puerorum scholae quoque puellarum sunt, quarum 2 sor. schol. 16 virg. angl. habent. Scholae acath. in 2 locis sunt.

IX. *Administratio dioecesana.* 1. *Ordinariatus* sub Vic. gen. et cum 9 Consil. (Dec. et Can.) 3 secret. 2. *Consist.* s. tribunal matrim. 1mae inst. cum *Offic.,* 2 consil., 1 def., 1 secret. A. 1862 tractatae sunt 30 sep. a thoro et mensa, annullationes nullae.

X. *Legata pia, fundationes* cet. Denarius S. Petri a. 1862 erat 13.000 fl. (a. 1861 — 17.400); soc. Miss. Ludov. dedit 7.209 fl. (a. 1861 — 6.775), soc. Boni Pastoris 166 fl. (a. 1861 — 317), SS. Jesu Inf. 527 (a. 1861 — 528). Fundationes anniversariorum cet. factae sunt 386 cum summa 40.407 fl. (a. 1861 vero 485 cum summa 45.376 fl.). Collectae ad fines eccles. a. 1862 habitae dederunt summam 3.906 fl. (a. 1861 — 2613 fl.). Fundat. est 1 benef. non cur. summa 15.700 fl. pro par. emer. et resign. Parochiae redit. 550 fl. non habentes ex resolutione aulica usque ad hanc summam augeri statutum est.

§. 78.

D. *Dioecesis Ratisbonensis (Regensburg).*

Erecta a. 739 usque ad a. 1803 habuit 66 episc. A. 1803 sedes archiep. Moguntina translata est Ratisbonam (bulla Pii VII. d. d. 1. Febr. 1804 confirmavit translationem); a. 1816 (pacto diei 16. Febr. inter Napoleonem et Archiep. Dalberg inito) saecularis reddita 1817 restituta est et 1821 novum episcopum recepit. Quintus exhinc est:

Ignatius Senestrey, nat. 13. Jul. 1818, ord. 19. Mart. 1842, inthronis. 2. Mai 1858.

Mensa: 10.000 fl. *Taxa camerae:* 600 fl. (3322 fl.).

I. *Situs.* In district. Gub. bav. Palat. super., Ratisbon., Bavar. super. et infer., Francon. super. cum $234^1/_2$ mil. □.

II. *Dividitur* in 3 Commissar. et 29 decan.

III. *Status animarum* (1862): Cath. 673.180 (Acath. et Jud. ignoro).

Communicantes 513.564, primum confitentes 20.678, confirmati 513.554 (a. 1862 — 15.091).

Neo-Baptizati: legit. 20.078, illegit. 6.307.

Mortui: infantes 12.055, adulti 9.563.

Matrimonia: 4.606.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. puerorum* ad S. Wolfgangum cum 139 alumnis (Metten, patribus Ord. S. Bened. traditum). Donationes pro eo erant 4.336 fl. (a. 1861 — 3986), legata cet. 11,905 fl. Redit. erat 91.651, exp. 89.067, fundus 292.663 fl. (plus quam a. 1861 — 11.784 fl.).

2. *Sem. Cleric.* cum Reg., Subreg., Praef., 2 cooperat., 50 alumn. acclyth. 17 tonsur. Dotatum est nuperrime bonis monasterii Benedict. Scotorum vi pacti inter Papam et Regem brevibus litt. diei 2. Sept. 1862 suppressi. Pro fine seminarii sotici cum illo monasterio conjuncti certa summa Congreg. de Propaganda Fide data est ecclesiae sot. destinata.

b. *Tit. ordinationis* plurimorum sacerdotum est mensae regiae.

c. Fundus *emeritorum* (membra 964) habet red. 37.563, exp. 38.806, bona 99.837 fl. Pensiones, adjumenta ordin., pro cooperat. cet. receperunt 69 sac.

d. *Status:* sac. saec. 1.306, reg. 115, i. s. 1421. Inter saeculares: par. et cur. 430, Vic. admin. 34, praedicat. 6, benef. 130, admin. benef. 20, expos. cet. 60, cooperat. 420, profess. et magistri 25, commorantes et alii 98. sac. curati 1.094.

Extra dioec. 52 (15 in offic. publ., 10 studiorum causa, 5 aegroti, 22 quiesc. et commor.), jubilati 20.

Neo-ord. 28, ingressi 2. — Mortui 28, egressi 4. Numerus minutus 2.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1 Benedict., 1 abb. (Metten), 1 prior. (Weltenburg), 49 sac., 9 l. p., 58.

2. Reform. 2 conv., 3 hosp., 23 sac., 36 L. p. 1 nov., 60.

3. Carmel. calceat. 1 conv., 7 sac. 2 cl. p. 7 l. p., 16.

4. Carmel. discalc. 1 conv., 7 sac. 2 cl. p. 7 l. p., 16.

5. Fratr. Mis. S. Joh. 1 conv., 1 s., 16 l. p. 1 nov., 18.

6. Redemptor. 2 coll. 1 hosp., 22 sac., 9 l. p. 4 nov., 35.

7. Confrat. Eremit. 1 dom., 1 sac. 19 l. p. 1 nov., 20.

Summa 222 (addit. 4 e mon. suppr. 226).

B. *Religiosae.* 1) Cisterc. 1 conv., 56. 2) Clariss. 3 conv., 52. 3) Dominic. 2 conv., 61. 4) Sales. 1 conv., 37. 5) Ursul. 1 conv., 43. 6) Sor. schol. paup. de N. D. 34 dom., 160. 7) Sor. schol. S. Franc. 1 dom., 18. 8) Sor. Boni Pastor. 1 dom., 5. 9) Sor. Cust. S. Elisab. 1 dom., 19. 10) Franc. paup. (Pitmasens) 18 inst., 61. 11) Sor. car. S. Vinc. 16 dom. 51.

Summa 563.

Summa omnium regularium 789.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos:* 474.
" sac. curat. " " " 615.
Una pers. regul. " " " 853.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* eccl. cath. SS. Apoth. Petri et Pauli cum Praep., Dec., 8 Can., 6 vic., 1 praed., 2 benef. Jus. providendi §. 62. n. 3. Praebendae: P. et D. à 3.500, 4 can. à 1.60, 4 à 1.400, 3 vic. à 800, 3 à 600.

2. *Cap. colleg.* N. D. ad Capell. veterem cum Dec., 6 Can., 6 vic. chor., — *cap. coll.* ad SS. Joh. B. et Joh. E. cum Dec., 3 can., 1 presb. chor., 2 vic. chor.

3. *Alia.* 464 par., 148 benef., 52 expos., 199 coop. 1mae 177 coop. 2dae classis, 16 cur.

VIII. *Scholae.* 1 Lycea 2 cum a) sect. theol. habet 2 *Rect.* et 7 Prof. cler. b) sect. phil. 1 prof. cler (reliquos laic.). 2. Gymnasia et scholae lat. 3, seminar. studior. 3, seminar. magistr. 1. 3. Scholae element. in quavis parochia. Numerum ignoro.

IX. *Administratio dioecesana.* 1. *Ordinariatus* cum Vic. gen., 12 cons. 2 secr., archiv., registr., taxat., exped., cancell.

2. *Consist.* s. tribunal matr. sub. Offic. cum 2 consil., 1 def., 1 secr.

3. *Administratio episc.* cum 1 admin. 1 cassar.

4. *Admin. cap. cathedr.* cum 1 administrat.

X. *Fundationes donationes* cet. Anno 1862, — 1231 anniversaria cet. in summa 88.667 fl. sunt facta. Ad soc. Miss. Ludov. dati sunt 13.125 fl.; pro s. sepulchro 1.613, denario S. Petri 16.709, SS. Inf. Jesu 5,688 fl. rh.

PROVINCIAE RHENI SUPERIORIS DIOECESES

IN

WUERTEMBERGIA, BADENSI M. D., UTRAQUE HASSIA, NASSOVIA, S.-WIMARIA

SITAE.

§. 79.

Provincia ecclesiastica superioris Rheni.

Rex Wurtembergiae, Magni duces Badensis, Hassiae, Megalopolitanus, Oldenburgensis, Elector Hassiae, Duces Saxoniae, Dux Nassoviae, Princeps Waldeccensis, Liberae civitates Francofurt. Lubecc. et Bremens. a. 1817 Francofurtum a. M. nuntios miserunt, qui de ordinandis catholicorum in respectivis territoriis habitantium rebus ecclesiasticis inter se tractarent, *ut conventio cum sede Romana iniretur.* Qui nuntii famosam illam *„Pragmaticam eccles. cath. germ.“* et *„Fundamenta conventionis de rebus eccl. cath. in terris confoed. germ.“* fecerunt, quae documenta *Pius* P. VII. celebri illa nota diei 10. Aug. 1819 „Expositio sententiae Suae Sanctitatis de declaratione principum et civitatum unitorum confoed. germ.“ rejecit. Permultis hinc inde tractatis, compluribus principibus et civitatibus liberis rem inchoatam destituentibus, die 16. Aug. 1821 bulla *„Provida solersque“* apparuit, quae *provinciam superioris Rheni* constituit, archidioecesem et dioeceses suffraganeas circumscripsit. Sed bulla demum *„Ad Dominici Gregis custodiam“ Leonis* P. XII. diei II. April. 1827 erectio dioecesium facta et electio antistitum ordinata fuit. Notum est, edicto guberniorum diei 30. Jan. 1830, pacto cum s. sede inito valde contrario, jurisdictionem episcopalem fere sublatam esse. Contra hoc edictum breves litterae *Pii* P. VIII. *„Pervenerat non ita“* diei 30. Jun. 1830 solenniter sunt protestatae. Ex anno 1848 ordinarii hujus provinciae recta via aut transactionibus jurisdictionem ipsis debitam vindicarunt. Concordata inter magnum ducem Badensem et regem Wurttembergiae et s. sedem sunt inita, a guberniis, instantibus statibus, abrogata, lege civili relatio inter ecclesiam et rem publicam sancita. Unde evenit, ut, quae sit in quaque dioecesi ecclesiae conditio, a cujusque terrae pendeat constitutione civili, suo loco exponenda.

Archiepiscopus et *Episcopi* ad normam bullae *„Ad Dominici Gregis custodiam“* a respectivo capitulo modo sequenti eliguntur. Intra mensem a die vacationis computandum Capitulum Principem certiorem facit de nominibus

Candidatorum ad clerum dioecesanum spectantium; qui Principi minus gratus est, e catalogo deletur; manere vero debet numerus sufficiens, ex quo eligi valeat novus Antistes. De electione valent juris communis praecepta. Idem valet de processu informativo uni ex Episcopis provinciae vel alii provinciae dignitario committendo. Si electio non fuerit canonica, aut electus idoneus non reperiatur, S. Pontifex ex speciali gratia indulsit, ut Capitulum ad novam electionem canonica methodo valeat procedere.

D i o e c e s e s.

§. 80.

A. *Archidioecesis Friburgensis.*

Complectitur totum territorium Badense, cujus parochiae olim ad dioeceses Constantiensem, Argentinensem, Spirensem, Wormatiensem, Herbipolensem, Basileensem et Ratisbonensem pertinebant], circuitus 278.065 □ mil. et principatus Hohenzollern-Hechingen et H.-Sigmaringen [7. Dec. 1849 regno borussico traditos et incorporatos], qui ad dioecesim Constant. pertinebant, circuitus 21.15 mil. □. Erecta fuit bullis, quae §. 79. memoratae sunt. Habuit 2 archiep. 3tius et metropolita est:

Hermannus de Vicari, nat. 13. Mai 1773, ord. 1. Oct. 1797, episc. Macr. i. p. 8. Apr. 1832, archiep. inthronis. 26. Mart. 1843.

Mensa episc. 14.710 fl. mon. rhen. [qui secundum bullam „Provida" cum omnibus aliis episcopatus reditibus ex agris fundisque provenire debent, sed usque ad praesens in pecunia numerata dantur, exceptis reditibus praedii equestris Linz, cujus reditus, inclusis fructibus naturalibus, archiep. suos facit]

Taxa camerae 668 $^1/_3$ fl. [3.000 fl. rh.].

I. *Dividitur* in 35 dec. in Bad., 4 in Boruss. sitos. Decani eliguntur a parochis capitulorum ruralium, sive in conventu sive per vota clausa ad Ordinariatum mittendis et ibi aperiendis. Electus aut confirmatur ab Ordinario, aut, si opus est, nova electio ordinatur. Quisque decanatus insuper habet *camerarium,* et dividitur pro magnitudine in 2, 3, 5 *„regiunculas",* quibus *definitores* praesunt.

II. *Status animarum* (1863): 1. *in Bad.* cath. 897.008, acath. 429.618, jud. 23.258. 2. *in Boruss.* 64.839, acath. 1.396, jud. 958, universim *cath.* 961.847.

Indices *natorum, mortuorum, neo-communicantium* ordinariatui non transmittuntur, quare numeros afferre nequeam. Numerus *confirmatorum* item ordinariatui ignotus est, cum s. confirmat. sacramentum a quatuor episcopis vicinis propter archiepiscopi senectutem administretur.

Matrimoniorum mere cath. numerum annuum Ordinariatus ignorat; *mixta* cum educat. prolis utriusque sexus cath. (a die 13. Apr. 1859 ad 15. Apr.

1863 universim 939] a. 1862 univ. 259, a 1. Jan. 1863 ad 15. Apr. 1863 vero 132 sunt inita. Quot contrahantur matr. mixta cum educat. acath. sive mixta apud Curiam ignoratur, quippe quae pro his dispensare non possit neque sibi referri ob hanc causam jubeat. *Dispensationes* ab imp. matrim. dirim. datae sunt,

a. in gr.	1°	aequ. affin.	a. 1862 —	64,	a 1. Jan. ad 15. Apr. 1863 —	34,
b. „ „	2°	atting. 1^m. aff.	„ „	19,	„ „ „ „ „	3,
c. „ „	2°	aequ.	„ „ „	10,	„ „ „ „ „	2,
d. „ „	2°	aequ. consang.	„ „	126,	„ „ „ „ „	35,

Dispens. a gr. 3 et 4 aff. et consang. singulae non adnotantur. Ut matrimonia mixta, multo magis vero *civilia* evitentur, Curia facillima esse debet in utendo facultatibus a s. sede concessis et in expetendo dispensationes a s. sede.

Matrimonia mere civilia [lege 9. Oct. 1860 statutum est, ut, si denuntiationes *matrimonii lege civili permissi* a parocho denegentur aut intra 14 dies a data schedula officii civilis permittente non fiant, matrimonii denuntiationes et ipsa copulatio per *officiales civiles* fieri possint] a. 1862 conclusa sunt 9 (ex quibus unum inter christ. et judaeum).

Registra ecclesiastica baptismat. cet. eo ipso sunt quoque *status civilis* registra a republica habita; cui parochi quotannis tradunt: 1) exemplum horum registrorum, 2) indicem natorum (pro medico publico propter variolas inserendas, 3) indicem juvenum aetatis 20 annum atting. propter milites conscribendos, 4) indicem virorum 65. aetat. annum transgressorum propter libertatem ab auraria (Gewerbsteuer), 5) indicem mortuorum medico publico propter morbos inquirendos.

III. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminaria puerorum* 2 unum Frib. cum 100 alumn., alterum Sigmaring. cum 26 alumnis, qui in utroque gymnasium publ. frequentant. 2. *Colleg. theol.* Friburgi, in quo studiosi theologiae universitatis Badenses vivunt 113. (a. 1864 — 129) sub 1 Dir. et 3 repetent., quorum est, lectiones theologicas repetere; anno tertio currente studiosi tonsuram et 4 minor. ord. recipiunt. 3. *Sem. cleric.* Frib. cum 1 Reg., 1 subreg., 2 repet., 1 oecon. et 48 al. (a. 1864 vero 42), in quo recipiuntur qui studia theolog. absolverunt et per annum commorantur. Pro seminario 25.000 fl. ex aerario solvendi sunt (secundum bullam „Provida“), qui partim in naturalibus dantur.

b. *Titulus ordinat.,* qui viget, est *fundi ecclesiae universalis* (num. IX.) ab archiep. datus; in princ. Hohenzollern interdum communitates tit. mensae constituunt; tit. patrimonii rarus est.

c. Sacerdotes *emeriti* curati, qui in parochiis vel beneficiis residere nolunt, aut ex eorum fructibus pensiones sufficientes aut ex fundo eccl. universali recipiunt Domus, in qua vivere possint, non existit; domicilium ex arbitrio pendet. *Demeriti* in domo speciali — Discolorium — retinentur et aluntur. Pro sustentatione horum et illorum summa annua 8.000 fl. destinata est.

Status. I. *in Bad.* sac. saec. 1061, reg. *nulli.* Inter quos apud eccl. cath. 15, in magist. et admin. 14, curati universim 981 [et quidem praeter can. par. et praebend. 535 parochi — 37 a parochia absunt cum licentia ordinarii — 218 administratores parochiarum; 2 curati, 6 administr. curatiarum; 22 capellani — 1 absens — 29 administr. capell.; 8 benef., 11 administr.; 130 vicarii; 11 cooperatores]. Resignati parochi, cur., benef., vel emeriti 43, sine officio 15, extra dioec. 2. — II. *in Boruss.* sac. saec. 98, reg. 13, i. s. 111, curati 98 [4 par. absentes a parochia; 63 par. 13 admin. par.; 4 cur.; 5 cap., 3 admin. cap.; 1 benef., 1 admin. benef.; 7 vic., 1 cooperat.]. *In summa:* sac. saec. 1159, sac. universim 1172, curati 1079.

IV. *Regulares.* 1. *In Bad.* parte religiosorum monasteria non existunt. *Religiosae* in 9 monasteriis antiquis sunt, quae ordinis (sunt Dominicanae, Cistercienses, Ursulinae, de Nostra Domina) habitum portant et secundum ordinationem a. 1811 ab Ordinariatu et gubernio communi consilio latam („Regulativ") singulis trienniis in triennium vota profitentur; haec vero ordinatio a s. sede nunquam fuit approbata. Gubernium has religiosas nominat *„Feminas magistras instituti scholast. et paedagog. N. N."* Quae quum ita sint, *„ordines"* habere non possunt. Haec instituta habent universim 224 membra. Praeterea *Sorores S. Vincentii* in Bad. parte 32, in boruss. 7 domus vel instituta omnis generis habent, in quibus 104 sorores laborant. 2. *In Boruss.* est 1) abbatia Bened. (Beuron) cum 4 sac. 3 l. p.; candidat. et novit. numerum ignoro. 2) 1 Colleg. Soc. Jesu cum 9 s. 20 cl. nov., 10 l. p. 9 nov., i. s. 48.

Summa religiosorum 52, *summa regularium* 380.

V. *Unus sacerdos est ad Catholicos,* (in parte Bad.)	845,	(boruss.) 584.
„ *sac. curatus* „ „ „ „	914	„ 661.
Una pers. regul. „ „ „ 2531.		

V. *Beneficia.* 1. *Cap.* eccl. Metropol. ad B. M. V. Assumpt cum Dec. (praeb. 4.000 fl.), 6 can. (1 à 2.300, reliqui 1.800 fl.), 6 vic. s. praebendatis (à 900 fl.). *Onmes* praebendae (incl. dignitate) alternis vicibus aut ab Ordinario libere conferuntur aut electione capituli. Unus alterumve intra sex hebdomades a die vacationis numerandas proponere debet Principi quatuor Candidatos in s. ord. constitutos iisque praeditos qualitatibus, quas s. canones in capitularibus requirunt. Quod si forte aliquis ex ipsis candidatis Principi minus sit gratus, id archiep. vel capitulo Princeps quamprimum indicari curabit, ut ab elencho candidatorum deleatur; tunc vero archiep. ad collationem seu capitulum intra quatuor hebdomades procedet ad nominationem unius ex reliquis candidatis, cui archiep. canonicam dabit institutionem (bulla „Ad dominici gregis custodiam" art. IV.). — Pro fabrica eccl. cath. 5.264 fl. secundum bullam „Provida" dantur. Fundus fabricae est 220.000 fl., fundus praesentiarum (ad sustinendos praebend. et cooperat.) 244.000 fl., fundus musicae 8.200, fundus pauper. paroch. 6.700, f. campi sancti 13.000. Praeterea fundationes diversae cum bonis 106.600 fl.

2. *Alia:* parochiae et curatiae *in Bad.* 731 *in Boruss.* 80, i. s. 811 (complures parochiae excurrendo ab aliis parochis administrantur); capellaniae et alia benef. *in Bad.* 121, *in Boruss.* 12, i. s. 133; vicariae fundatae *in Bad.* 225, *in Boruss.* 5, i. s. 230. *Summa benef.* 944, benef. et offic. 1174, incl. benef. et praeb. capitular. 1187. — Beneficia simplicia non existunt, quum omnes sacerdotes in his officiis positi obligentur ad parochos juvandos.

Jus providendi (ante a. 1861 archiep. in possessione juris *unum* beneficium libere conferendi erat!). Liberae collat. subsunt 240 benef. (163 quondam badens., 15 princ. Fürstenberg., 15 princ. Leiningens., 10 neo-erecta, 37 quondam Hohenzoller. et jurispatr. privati); jurispatr. principis territ. 304, privatorum laicorum 265, universit. Friburg. 3, incorpor. 3 (inter benef. lib. coll. numerata); mixta 132 [parochiae, quae vocantur „*Tern-Pfarreien*", ad quas vacantes Ordinarius magno Duci tres nominat, e quibus hic unum praesentat. Idem modus quoad circ. 60 benef. jurispatr. laic. adhibetur]; juris patr. personalis 400, realis 250. — De vacante benef. decanus statim ad curiam refert, adjungens loci circumstantias et qualitates a promovendo desiderandas; benef. vacans indicitur, statuto termino juris communis (6 mens. pro patrono cleric. 4 pro laico). Intra 6 hebdomades competentes petitionem [cujus partes sunt: litterae baptism., testimonium de examine concursus paroch., de moribus cet.] facere debent. Qui praesentantur, intra tempus statutum praesentationis documentum ad curiam transmittere debent. Index competentium Gubernio traditur, ut deleat quos „propter causas civiles vel politicas minus gratos" existimat. Qui praesentandus est et cui libere conferendum est benef., die domin. vel fest. in ecclesia communitati paroch. denuntiatur; 9 diebus elapsis testimonium parochiale hujus actus curiae mittitur per decanum, adjectis exceptionibus forsitan factis. Libera collatio fit, explorato examinatorum synodal. (vel prosynodal.) voto, dignissimo habendo; praesentatis institutionis documentum datur „admissionem ad curam" continens. Investitura fit per decanum mandato speciali munitum, cujus documentum, a decano investito et testibus rogatis subscribendum in archivio paroch. deponitur; investitura ipsa publicatur ab ecclesia et gubernio; investito, qui ipsa die jus fructus percipiendi acquirit, testimonium datur. (Ordinat. archiep. diei 30. Nov. 1861). — Nullus parochiam aliamve curatiam accipere potest, *nisi approbatus sit in examine concursus.* Leges (ordin. archiep. diei 19. Jan. 1860) ea praescribunt, (quod spectat ad qualitates examinandorum, tempus, intra quod examen feliciter peractum valet cet.) quae in Austria valent.

A. 1863 prodiit: „*Realschematismus* der Erzdiöcese Freiburg. Herausgegeben vom Erzbischöfl. Ordinariate. Freib. i. B. 1863. Verlag der Erzbisch. Kanzlei", quo melior schematismus pro nulla orbis cath. existit dioecesi. In eo enumerantur omnes ecclesiae, beneficia, vicariae cet., notitiae historicae maximam partem accuratissimae adjunguntur, reditus benefic., bona fundorum omnis generis (fabricae, scholae, pauperum, musicae, fundationum cet.), reditus

sacristarum et organistarum, filialia loca, scholae omnis generis, ut uno verbo dicam, continentur quaecunque scitu sunt digna et necessaria. Utinam talem schematismum omnes dioeceses haberent! Sed longum est tot numeros addere.

VI. *Scholae.* 1. Universitas catholica *Friburg. Albertina* (fundat. litt. Alberti ducis d. 28. Aug. 1456, confirm. bulla pont. d. 3. Sept. ej. a.) cath. cum *facult. theol.,* quae 6 prof. ord. 1 extraord. 1 privatim docent. et 158 auditores habet. In ea existunt 48 stipendia (pro circ. 100 stipendiatis) quae aut soli theologi aut theologi et alii studiosi acquirere possunt. — Univers. *Heidelberg.* (in qua confessiones aequum jus habent) sine facult. theol. cath. (adest theol. acath.). — 2. Lycea: 3 cath., 2 acath. 2 mixta. — 3. Gymnasia 5 cath. (1 in Boruss.) 1 acath. — 4. Schola polytechnica (Carlsruhe). — 5. Paedagogia: 3 cath. — 6. Scholae communales superiores: 29, partim cath. partim mixtae. — 7. Scholae elementares. A. In *Badensi* parte 1.228 cum 1719 magistris 131.486 discipulis; scholae puellarum 22 cum 5106 puellis. B. In *Boruss.* 107 cum 152 magist. 11.864 discip., 1 schola puell. cum 65 puellis. Summa: 1335 schol. cum 1871 magistris, 143.350 discip.; 23 schol. puell. cum 5171 puellis. —

Usque ad a. 1864 scholae elementares secundum confessionem separatae erant et communi gubernii et archiepiscopi ordinationi s. inspectioni suberant. Lege civili totum regimen ad communitates resp. ad officiales reipublicae esse delatum, inde vero magnam inter utramque potestatem rixam, et maxima dissidia orta esse, notissimum est.

VII. *Administratio dioecesana.* 1. *Ordinariat.* archiep., qui administrat dioecesim sub praesidio Archiep. cum Vic. gen., 6 consil. (Dec. et can.) 3 assessor., 1 refer. jurid. — 2. *Tribunal metrop.* sub Vic. gen. et consil. iisdem, atque ordinariatus. — 3. *Officialatus* archiep. sub praes. Vic. gen., 4 consil., 1 refer. jurid. — 4. *Commissiones pro exam. synodali* et pro seminario. — 5. *Cancellaria archiep.* cum 1 dir., 1 secr., 2 revisor., 1 registr., 1 expedit., 1 archiv., 5 alliis offic. et ministris. — 6. *Officium architect.* cum 2 archit. — Anno 1862 tractatae sunt: 10 causae crimin. in 1ma, 1 in 2da instant.; 7 causae separat. in 1ma, 4 in 2da; 3 annullat. in 1ma, 4 in 2da; 18 causae civiles. —

Pro expensis cancellariae dantur annui 7.000 fl.

VIII. *De bonis ecclesiasticis.*

a. Beneficia aut bona immobilia habent aut fundum hypotheca munitum. Ex aerario nulla parochia dotata est, sed tantum tribus supplementum datur.

b. *Fructus intercalares* beneficiorum curatorum, deductis administrationis expensis, ita dividuntur, ut fructus primo vacationis mense percipiendi in arca capituli ruralis reponantur aut in aliquot decanatibus decani fiant, reliqui fundis eccles. generalibus aut ipsius loci fabricae conferantur, si haec egestate laboret.

c. *Tributa publica* omnis generis tam a beneficiatis quam a bonis eccles. solvenda sunt eodem modo et mensura, ut reliqui cives et corporationes; singularia tributa ex bonis ecclesiast. non debentur.

d. *Tributa ecclesiastica* non existunt; quae olim vigebant (cathedraticum s. synodaticum, subsidium charitat., quarta decimarum, legatorum, mortuariorum s. portio canonica) jam ex longo tempore in usu esse desierunt. Procurationes quoque canonicae non modo antiquo debentur sed in hospitalitate consistunt, cujus expensas aut arca capituli ruralis, aut parochi beneficia optima possidentes, aut fundus intercalaris beneficiorum portant.

e. *Fundi generales* sunt: 1) Brisgoviae f. religionis, 2) tres fundi intercalar., 3) *arca eccles. cath. gener.*, quorum reditus ad eas portandas necessitates destinatus est, quae nulli privato cet. ex titulo legali incumbunt, ex. gr. supplementum ad ecclesias construendas, parochias dotandas cet. Hos fundos generales et reliquos hujusmodi fundos eccles., *qui in magno ducatu badensi existunt,* administrat simulque fundorum localium inspectionem gerit ex ordinat. d. 20. Nov. 1861 *„Consilium fundationum cathol. superius“,* cujus membra ab archiepiscopo et gubernio instituuntur. Bona mensae episc., capituli metrop., ecclesiae metrop., seminarii, et fundorum inspectioni archiep. vel capituli metrop. immediate subjectorum ab archiepiscopo, resp. capitulo libere administratur. Bona capitulorum ruralium ab his ipsis, ordinario inspiciente, bona beneficiorum ab ipsis beneficiatis, vacantium a camerario capituli ruralis, cetera (bona fabricae, fundi ad aedificandas ecclesias et domos parochorum destinati, bona corporationum ecclesiast.) singularum locorum a *„commissione fundationum“* (Stiftungscommission), bona fundorum districtuum eccles. a propriis commissionibus administrantur. Omnes has commissiones archiepiscopus et gubernium communiter instituunt, inspiciunt. Pro princip. Hohenzollern *„consilia administr.“* ab ordinario instituta sunt et inspiciuntur.

Secundum schematismum realem cit. anni 1863 bona immediate „consilio fundat. cath. sup.“ subjecta habent reditum annuum 386.892 fl. expensam annuam 283.760 fl., et sunt valoris 7.667·832 fl. — Fundi duo generales hohenzolleriani habent red. ann. 8.366 fl. exp. ann. 5.725 fl. valorem 182.226 fl. — Fundi capitulorum ruralium badensium habent valorem 237.853 fl., hohenzollerianorum 31.742.

§. 81.

B. *Dioecesis Rottemburgensis.*

Erecta et circumscripta est bullis, quae supra §. 79. memoratae sunt. Constat ex partibus dioesesium antiquarum Augustanae, Spirensis, Wormatiensis et Herbipolensis et ex parochiis ad supressam Praeposituram Sti.

Viti Elvacensis (Elwangen) nullius dioecesis pertinentibus. Habuit 1 episc. Secundus est

Josephus Lipp, nat. 24. Mart. 1795, inthronis. 19. Mart. 1848.

Mensa: 10.000 fl. rhen. *Taxa camerae:* 490 fl. aur. (3.197 fl. rhen. a moderno Praesule soluti sunt). Dotatio realis mensae episc. cet. in bulla citata promissa nondum est effecta.

I. *Situs.* Continet territorium *regni Württembergiae,* circuitus 354.28 mil. □ Catholici in iis regionibus, quae olim ad Austriam et territoria dioecesium, quas supra nominavi, pertinebant, majorem populi partem constituunt, in regionibus veteris ducatus Württemberg. et aliquot territoriorum regno incorporatorum et civitatum imperii germanici liberarum inter acatholicos sparsi vivunt.

II. *Dividitur* in 29 decanatus. Decani a clero capituli ruralis curato eliguntur, ab Ordinario confirmantur.

III. *Status animarum* (fine a. 1858): Cath. 540.630, Luther. 1,222.718, alii 2.305, jud. 12.206. Inter 100 incolas sunt cath. 30.41, luther. 68.77, alii 0.13, jud. 069.

S. Confirmat. sacramentum annuatim 11.712 personae recipiunt.

Lege civili diei 1. Maii 1855 matrimonia, quae vocantur civilia permissa sunt, si neque parochus cath. neque lutheranus assistere vult. Usque ad a. 1863 *septem* casus acciderunt, quod femina cath. cum viro ejus sectae, qui „germano-catholicos“ se vocant, civiliter contraxit.

Registra s. *libri eccles.* baptismal. cet. et ipsi status civilis sunt, publica praediti autoritate; conscribuntur a solis parochis, qui quotannis die 3. Dec. „officio districtus“ civili „indicem populationis“ tradere debent.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminaria (s. „convictus“) puerorum* existunt dua, conjuncta cum gymnasiis mere cath. Ehingen et Rottweil; utrumque habet 4 „cursus annuos“, in cursum recipi possunt 30 alumni. 2. *Semin. cleric.* Rottenburg. cum 1 reg., 1 subreg., 1 repet., 18 alumnis (numerus normalis est 30), qui studiorum theol. cursum compleverunt. Theologiae enim studiosi in *3. Facultate theol.* universiatis Tubingensis collegia frequentant; studiosi theol. württemb. cath. 75 convivunt in domo Wilhelmsstift. Praeterea theol. studiosi 40—50 aliarum dioecesium Tubingae manere solent. Jura episcopi in has scholas et seminaria conventione cum s. sede inita 8. Apr. 1857 continentur, cujus praescripta hujusmodi, quamvis conventio ipsa a. 1861 a gubernio sublata fuerit, valent.

b. *Titulus ordinat.* regularis est mensae principis, qui datur a fundo intercal.; tit. patrimonii rarior est.

c. Pro clericis *emeritis* singularis domus vel fundus non existit. (Vide infra num. IX.).

d. *Status* (1863): 1 episc. 13 capit. (cum Dec.), 604 par., 122 capell. 243 administrat. paroch. et capellaniar. et vicarii. Extra dioec. 15, jubil. 13, emeriti 6, demeriti 3. Summa sac. saecul. 983, regul. nulli. A die 31. Dec. 1851 ad 1. Juni 1858 ord. sunt 261, recepti 2, egressi et mortui 205, ita ut 58 clerus sit auctus. *Unus sac. est ad cath.* 550, *unus curatus* ad 557.

V. *Regulares.* Masculi nulli. *Religiosae.* *1.* Sor. car. S. Vinc. 1 dom. 46 sor. *2.* Francisc. paup. 3 ord. (Pirmasens) 1 d. 24. *3.* Sor. schol. paup. de N. D. 1 d. 16. *4.* Sor. schol. S. Franc. 3 d. 33. *Summa* 119.

VI. *Beneficia* 1. *Capit.* eccl. cath. Sti Martini Episc. et Conf. cum Dec. (praeb. 2.400 fl.), 6 can. (à 1.800 fl. praeb.), 6 praeb. s. vic. (1 à 900, 5 à 800 fl.). Jus providendi idem atque in archidioec. Frib. — Fabrica eccl. cath. 1.400 fl., pro expensis cultus 2150, pro aedituo aliisque inservientibus ecclesiae 800. —

2. *Alia:* 660 par., 156 capell. (*benef.* curata resident. praeter 6, quae sunt benef. simpl.), 93 vicar. 8 par. incorporatae sunt universitati Friburgensi 1 univ. Tubing. Jus providendi reliqua vide in Tab. II.

Omnia beneficia iis tantum dantur, qui in „concursu pastorali", secundum Conc. Trid. praescripta ad normas analogas, ut in archid. Friburg., vi facultatum apostol. instituendo, examinati et approbati sunt.

Plurima beneficia bonis immobilibus sunt dotata; quae olim abbatiis, monasteriis cet. incorporata erant, ex aerario vi conclusi deputat. imp. a. 1803 dotantur.

VII. *Scholae.* *1.* Universitas Tubingensis cum *facult. theol. cath.* quae habet 6 Prof. ordin. *2.* Gymnasia 2 mere cath. (vide supra num. IV.a.), quae sicut institutum Guilelm. ex aerario resp. e bonis eccles. saecularisatis sustentata Ordinarius dirigit et inspicit, quantum spectat ad educationem religiosam, disciplinam domesticam; Ordinarius rectores et repetitores horum institutorum ex viris gubernio „circa res civiles et politicas" haud „minus acceptis" eligit. Praeterea 1 lyceum et 1 gymn. existit,. quae magistros majorem partem catholicos habent. *3.* Scholae mere catholicae elementares (a. 1858) 823 cum 1190 magistris, quos gubernium nominat exceptis casibus, ubi privatus juris nominandi titulus existit. Ordinarius per parochos institutionem religiosam dirigit et inspicit. *4.* Insuper fere unumquodque oppidum scholam latinam et realem habet.

VIII. *Administratio.* *Ordinariatus* episc. consistens ex Ord. et capitularibus, 1 syndico, 1 secret., 1 registr., 2 cancell., 2 aliis offic. Quodsi Decanus cap. ad munus Vicarii Gen. ab Episcopo eligatur, alii floreni 1100 ipsi per-

solvuntur; si vero simplex Canon. Capit. ad hoc munus designatur, eidem flor. 1700 augmentum attribuitur. *Cancellariae episc.* 6916 dantur (bulla „Provida").

Causae judiciales ab Ordinariatu dijudicantur. Anno 1862 *unum* matrim. („ex multis annis primus casus") nullum fuit declaratum, 12 sep. a thoro et mensa concessae. Episcopus ex delegatione apost. in 2da inst. cognoscit causas ab Archiepiscopo Friburg. s. Vic. capit. in 1ma inst. judicatas.

IX. *De bonis ecclesiasticis* (vide num. VI):

a. *Fructus intercalares* deductis administrationis expensis in „*Fundum intercalar. generalem*" vertuntur. Hic fundus destinatus est ad: 1) supplendam minorem parochorum congruam; 2) beneficiatis morbo vel senectute laborantibus ea, quibus ad assumendos vicariis indigent, praestanda; 3) ordinandis titulum mensae praebendum; 4) omnes res ecclesiae necessarias suppeditandas, quibus alio modo provideri nequeat.

b. *Tributa* omnis generis *publica* tam a beneficiatis quam a fabricis et fundationibus ecclesiasticis secundum leges reipublicae generales sunt solvenda; tributis singularibus ecclesiae bona non subjiciuntur.

c. *Tributa ecclesiastica* nulla existunt. Curia episcopalis nullas taxas s. tributa, utcumque nominentur, percipit.

d. Summa totalis pecuniae secundum bullam „Provida" ab aerario publico episcopatui (pro mensa episc., capitulo, seminario (8.092 fl.) cet. est 49.422 fl. (inter quos pro Metropolitano 864 fl.). In lege financiali pro annis 1861—1864 statuitur, ut aerarium solvat *per annum* 1) pro salario ministrorum eccles." 201.800 fl. 2) pro damno ex decimis cet. redemtis iis emergente 36.450 fl. 3) pro episcopatu et seminario 50.706 fl. 4) pro institutis (supra num. IV.a. recensitis) convict. 63.000 fl. 5) pro suppellectili eccles. 1.909 fl. 6) pro cultu 8.211 fl., in summa 362.077 fl. 11 kr.

Bona abbatiarum et praepositurarum immediate imperio germanico subjectarum, quae in § 6. Concl. deput. imp. a. 1803 Wurttembergiae data sunt (cf. Berghaus, Deutschland vor 100 Jahren. II. 1. pag. 290 sqq.) jam a. 1803 reditum habebant 340.000 fl. Quodsi annumeres bona aliorum monasteriorum cet. 42, quae vi §. 35. ejusdem conclusi imperii saecularia sunt reddita [ex. gr. monasterium Carmelit. Rottenb. fundum 120.000 fl. habuit pro missis legendis cet.] et partem principatus Magni Magistri Ordinis Teutonici *Mergentheim* pacto cum rege bavarico d. 18. Maii 1810 inito regi Wurttembergiae cessam, patet: 1) reditum ex bonis olim ecclesiast. cath. multo majorem esse quam summam ab aerario ad fines eccl. cath. dandam; 2) summam vero ab aerario datam *sufficere* ad necessaria ecclesiae subministranda, in quantum bona ecclesiae propria non sufficiant; 3) *re ipsa* §. 82. constitutionis wurttemb., qui statuit, „ut ecclesia cath. recipiat ad procuranda ecclesiae

necessaria, pro quibus fundi locales non adsint, aut non sufficiant, imprimis pro expensis institutorum scholast. superiorum, fundum ecclesiast. proprium ad hos fines destinatum" a bonis reipublicae separandum, impleri; 4) quae aerarium dat, non in liberalitate sed in obligatione fundari (Vide de hac re, quae scripsit syndicus episc. Vogt in: Archiv. jur. eccl. cath. edit. a lib. dom. Ern. de Moy et Frid. Vering. Mogunt. 1863. Tom. IX. pag. 37 sqq.).

E fundo intercalar. a. 1860 solvebantur: 1) pro clericis *demeritis* (ex §. 81 constit. ab aerario sustentandi) et titulo mensae cet. 3.640 fl. 2) pro eccles. aedificandis 14.556 fl. 3) pro cura animarum paup. catholicorum in locis remotis (a parocho cath.) inter protestantes degentium 186 fl. 4) pro instructione relig. et alimentatione catechumenorum in talibus (num. 3) locis 638 fl., 5) pro vicariis 7.988 fl. —

Metropolitano solvuntur annui 864 fl. ex aerario.

§. 82.

C. *Dioecesis Moguntina (Mainz).*

Jam exeunte saeculo tertio sive ineunte quarto S. Crescentius Episc. Moguntiam venit ibique propter fidem martyrium subiit; numeratur primus episcopus. Usque ad a. 745 numerantur 16 episcopi. Bulla P. Zachariae d. 4. Nov. 748 sedes in *metropolitanam* erecta fuit. Ei subditae erant sedes episc. Wormatiensis, Spirensis, Argentoratensis, Constantiensis, Augustana, Curiensis, Eystettensis, Wirceburgensis, Paderbornensis, Hildesiensis, Verdensis et Halberstadiensis, ex a. 1753 Fuldensis [*Pragensis* usque ad a. 1344.] Usque ad a. 1801 habuit 79 archiepiscopos. Sedes metropolit. a. 1803 concluso deput. imper. Ratisbonam translata fuit, quod bulla *Pii* VII. d. 1. Febr. 1804 confirmavit, postquam Concordato inter Papam et rempublicam franco-gallicam d. 15. Jul. 1801 sedes Mogunt. in suffraganeam depressa et sedi Metropolit. Mechliniensi subjecta erat. Bulla „Provida solersque" sedes restituta et sedi Metropolit. Friburgensi subjecta est. Ex a. 1801 erant 4 episc. Quartus:

Guil. Eman. liber baro de Ketteler, nat. 25. Dec. 1811, ord. 1. Jun. 1844, inthronis. 25. Jul. 1850.

Mensa: 8.000 fl. rh. (ex aerario). *Taxa cam.* 348 $^{1}/_{6}$ fl. aur.

I. *Situs.* Continet territorium magni ducatus Hassiae circuitus 152.^{30} mil. □.

II. *Dividitur* in 17 decanatus.

III. *Status animarum* (1862): Cathol. 225.775, acathol. 599.466, jud. 28.700.

„Registra status civilis“ in parochiis in sinistra Rheni ripa sitis ab officiali civili, in aliis a parochis geruntur. In his vim habent publicam registra ecclesiastica.

IV. *Clerus.* a. *Status.* sac. saec. 260, reg. 15, i. s. 275. Sac. curati 206. Apud capitul. 11, in magist. 19, militares 3, pension. cet. 25, jubil. 3.

b. *Seminar. cleric.* cum 1 reg., 9 profess. (partim capitularibus canon.), 2 aliis magist., quod bona ex antiquo possessa, 3.700 fl. ex fundat. posterioribus et alios reditus habet.

c. Domus *emeritorum* habet bona stabilia (1.822 fl. redit.) et quae „subsidii charitativi“ nomine annuatim colliguntur.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Jesuitae, 1 resid. 5 sac. 3 l. p., 8. 2. Capucc. 1 conv. 1 hosp., 10 s. 2 cl. n. p., 4 l., i. s. 16. 3. Fratres schol. (Congr. de Lasalle) 1 d. 5 l. p. — *Summa* 29.

B. *Religiosae.* 1. Sor. S. Vinc. 4 d., 50. 2. Franc. paup. 3. Ord. 1 d., 12. 3. Virg. Anglic. 7 d., 72. 4. Sor. Boni Past. 1 d., 11. 5. Sor. S. Car. Borr. 1 d., 2. 6. Sor. provid. div. 10 d., 77. 7. Sor. S. Franc. ad adorat. perpet. 1 d. 18. 8. Fil. SS. Redemptor. 1 d., 10. — *Summa* 252. — *Summa Regularium* 281.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos:* 821.
„ sac. curatus est ad Catholicos: 1.096.
Una pers. regularis „ „ „ 803.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* eccl. Cathedral. ad S. Martinum habet Dec. (praeb. 2.500 fl.), 6 Can. capitular. (à 1.800 fl.), 4 vic. s. praebend. (1 à 900, 3 à 800 fl.). *Jus providendi*, ut apud Friburgense capitulum. *Fabrica* ecclesiae habet praedia, fundos, alios reditus, summam circ. 3.335 fl. attingentes.

2. *Alia.* 158 parochiae, quarum 88 in sinistra Rheni ripa sitae sunt. Hae 88 parochiae dotationem ex aerario habent. (vide quae supra §. 51. num. VII. 3. dicta sunt), reliquae ex bonis propriis.

VIII. *Scholae.* 1. Universitas Giessensis, cujus facultas theol. cathol. ex anno 1851, quo Episcopus apud seminarium clericale studium theologiae creavit, studiosis carebat et ex anno 1859 existere desiit. 2. Gymnasia. 2 catholica (Mogunt. et Bensheim.) 1 mixtum (Worms; fundus maxima ex parte cath. est); 3 acath. 3. Scholae reales 6, quae characterem stricte confessionalem non habent. 4. Scholae element. in unaquaque parochia una pluresve adsunt praeter magnum privatarum numerum. Magistri quoad institutionem religiosam Ordinario subjecti sunt; si organistae vel ministri cet. munus exercet idem valet. Eos nominat ministerium aut immediate aut praevia patroni privati praesentatione. Magistri religionem docent; ubi magister alterius est con-

fessionis, parochus catholicus obligatus est. Inspectionem quoad institutionem religiosam gerit Ordinariatus et ministerium. Inspectio scholae localis est „curatorii localis scholastici“, cujus membra parochi ex lege sunt; in commissione districtualis scholis inspiciendis duo sacerdotes sunt (quodsi scholae diversarum confessionum sint, ex utraque unus) a ministerio nominandi in quinquennium; „in consilio schol. supremo“ unus sacerdos cath. esse debet. Methodus docendi religionem, modus inspiciendi cet. lege civili accuratissime praescribuntur ita, ut praescripta civilia ecclesiasticis contraria esse dici non possit, legem civilem vero ordinare, quae ecclesiae sint, recte affirmetur.

IX. *Administratio.* 1. *Ordinariatus* episc. (Episc. praeside) cum Vic. gen. (cujus locum *Decanus* secundum bullam „Provida solersque“ obtineat oportere videtur et hucusque semper decanus obtinuit) et can. capitul. aliisque membris, 1 secret. 2. *Consistorium* s. tribunal eccles. cum Offic., 6 consil. quorum unus et defensoris matrim., unus etiam secretarii officium habet, 1 procurat. causarum. 3. *Cancell. episc.* cum 1 registr. 1 exped. 1 ministro. 4. *Officium administrandae dotationis episcopatus*; pro quoque fundo (fabricae eccl. cathedr., arcae capit. et fundi presbyter., seminarii fundi) 1 respiciente, 1 secr., 1 architecta, 2 rationar.

X. *De bonis ecclesiasticis.*

a. Administrantur *bona fabricae et fundationum* singularum parochiarum cet. sub Ordinariatus et summa ministerii inspectione a consilio, cujus membra sunt eo ipso: a) parochus (vel administrator) vel plures beneficiati curati, b) consul vel, si consul alterius confessionis sit, unus e senatoribus vel alius ab officio civili districtus nominandus. Accedunt in communitatibus, quarum incolas 2000 non attingunt *tres*, in communitatibus hunc numerum superantibus *quinque* catholici supra 30. aetatis annum, integra fama, a communitate modo statuto eligendi. Omnes alienationes cet. etiam gubernii consensum expostulant.

b. *Fructus intercalares* [beneficium vacans administratur in temporalibus a speciali rationario] deductis expensis in *„fundum eccles. cath. generalem“* convertuntur; taxae stolae, manualia et stipendia missae, taxae pro testimoniis, oblationes vicarii sunt, non dividuntur.

c. *Fundus generalis* a) formatur ex antiquo fundo intercal. paroch., intercalar. omnium beneficiorum, exceptis praebendis capitularibus, ex tributis quibusdam („Cathedratico“, „nummo quinquagesimo et ferdone“) a sacerdotibus solvendis et quibusdam aliis reditibus; b) administratur a gubernio ordinariatu simul inspiciente, c) impenditur ad ea eccles. cath. necessaria praestanda, quae nulli ex juris titulo incumbunt, et quidem: pro clericis *emeritis,* augendo vicariorum et capellanorum salario, pro cooperatoribus alendis, si parochus in longius tempus munere fungi nequeat, vicarium dotare incapax, ad theologiae studiosos adjuvandos, ad adjuvandos clericos morbo vel aliis infortuniis subito egestate loborantes (sive mutuo sive donis).

d. Ut ecclesia immobile vel capitale acquirere possit, cujus valor 100 fl. transgreditur, consensu ministerii opus est, infra illam summam ordinariatus consensus sufficit.

e. *Tributa publica* secundum leges generales a bonis eccles. solvuntur, singularia non existunt.

f. *Tributa ecclesiastica* ex a. 1834 sublata sunt.

g. *Aerarium reipublicae solvit* quotannis: 1) additamenta ad honorandos clericos cath. in provinciis Oberhessen et Starkenburg (in dextera Rheni ripa) 4.434 fl.), Hassia rhenana (ubi jus francogallicum valet) 22.644 fl.; 2) pro episcopatu 28.148 fl., pro stipendiis alumnis seminarii dandis 940 fl.; 3) pro paedagogio cath. 4789 fl.; 4) pro gymn. cath. 2274 fl.; 5) pro scholis cath. 4678 fl.; in summa 64.473 fl. — Ad eosdem fines ecclesiae protestant. dantur n summa 138.022 fl. — Pro universitate dantur 80.019, pro summo studiorum consilio 12.572 fl. —

§. 83.

D. *Dioecesis Fuldensis (Fulda).*

Abbatia Fuldensis a. 742 a S. Bonifacio fundata bulla Benedicti XIV. a. 1753 in episcopatum elevata est. Anno 1803 concl. deput. imperii §. 12. territorium Fuldense [circuitus 33 mil. □ cum 90.000 incolis et reditu 600.000 fl. rhen.] principi de *Nassau-Weilburg* addictum est, post varias donimorum vicissitudines et divisiones in actis Congressus Vindobonensis a. 1815 divisum est inter Borussiam, S.-Wimar., Bavariam et Hasso-Cassel. Bulla „Provida solersque“ dioecesi Fuldensi Friburgensi Metropol. subjectae territorium datum est: totus electoratus Hassiae [eo tempore 40 par. antiquae dioecesis Fuld., 20 par. ex antiqua Mogunt. postea Ratisbon., 1 par. ex antiqua Paderborn. continens, demptis parochiis in Bavaria sitis] et 9 parochiae in magno ducatu Saxoniae Wimariensi sitae. Habuit 2 episcopos. Tertius est

Christoph. Florentius Kött, nat. 7. Nov. 1801, episc. 11. Dec. 1848.

Mensa: 6.000 fl. rh. *Taxa camerae:* 332 fl. aur.

I. *Situs.* Continet Electorum Hassiae circuitus 174.105 mil. □ et in magno ducatu S.-Wimar. (circuitus 66 mil. □) 11 parochias. Extra territorium antiqui principatus Fuldensis Catholici inter Protestantes sparsi vivunt.

II. *Dividitur* praeter civitatem episc. in 9 decanatus et 1 decan. Wimar.

III. *Status animarum:* Cath. supra 130.000. Acath. circiter 600.000. Jud. circ. 5.000.

IV. *Clerus.* a. *Status:* sac. saec. 123 (in Hassia: apud. eccl. cath. 10 (praeter Episc.) apud. semin. 2, parochi 65, capell. 30, curati 2, primissar. 1, coop. 1; in S.-Wimar. par. 8, cap. 2, primissar. 1), sac. reg. 21, i. s. 144.

b. *Institutio. Seminar. cleric.* cum instituto theol. cum 1 reg., 1 subreg. et praef., 4 prof. (3 prof. resp. reg. sunt capitulares), Reditus: 7.000 fl.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* Reform. 2 conv., 21 sac., 17 laici prof., i. s. 38.

B. *Religiosae.* *1.* Benedict. 1 conv., 31 prof. 4 nov., i. s. 35. — 2. Virg. Anglic. 1 dom., 19 prof. 2 nov., 21. — *3.* Ursul. 1 conv., 18 prof. 2 nov., i. s. 20. — *4.* Sor. S. Vinc. 6 inst., 30. *Summa:* 106.

Summa personarum regularium: 144.

VI. *Unus sacerdos est*	*ad*	*Catholicos*		903.
„ *sac. cur.*	„	„	„	1140.
Una pers. reg.	„	„	„	903.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* eccl. cath. cum Dec. (praeb. 2.600 fl.), 4 can. (praeb. 1.800 fl.), 4 vic. s. praeb. (à 800 fl.). Fabrica habet redit. 2.000 fl.

2. *Alia*: *in Hassia* 65 par. (cum 64 filialibus eccl.), 31 capell., 2 curat., 1 primissar., *in Wimar.* 10 par. (cum 7 filial. eccl.), 2 capell., 1 primissar., in summa: 75 par. 33 cap. 2 prim. 2 cur.

VIII. *Scholae.* 1. Institutum theol. 2. Gymn. Fuldense (mixtum). De reliquorum numero nihil prostat.

Episcopus cum capituli consilio secundum legem civilem diei 31. Aug. 1829 praesides et professores seminarii nominat, in ceteras scholas nullam aliam exercet vim, nisi quantum spectat ad religionis doctrinam.

IX. *Administratio. Ordinariatus* constat e capitularibus (Dec. est vicarius generalis) et *assessore* capituli.

X. *Dotatio totalis episcopatus* ab aerario publico secundum bullam „Provida" in bonis immobilibus constituta est reditus 26.370 fl. (170 fl. annui Metropolitano solvuntur).

§. 84.

E. *Dioecesis Limburgensis.*

Erecta bulla „Provida solersque" e partibus antiquarum dioecesium Ratisbon. (Mogunt.; 58 paroch.), Trevirensis (52 par.), recepit pro territorio ducatum Nassoviensem et territorium liberae civitatis Francofurtensis ad Moenum et parochias 25 ad nullam dioecesim ex anno 1648 pertinentes. — Habuit 2 episcopos. Tertius est:

Petrus. Jos. Blum, nat. 18. Apr. 1808, ord. 17. Mai. 1832, inthronis. 2. Oct. 1842.

Mensa: 6.000 fl. rh. *Taxa camerae:* 332 fl. aur.

I. *Situs.* Continet totum ducatum Nassoviae circuitus 85.5 mil. □ et territorium liberae civitatis Francofurt. circ. 1,83 mil. □.

II. *Dividitur* in 15 decanatus et commissariatum liberae civit. Francof. — Decanus ab Ordinario nominatur e duobus parochis, quos beneficiati decanatus in votis scriptis praesentaverunt, postquam nominandus a gubernio persona grata declaratus est.

III. *Status animarum* (1863): in Nass. Cath. 208.645 (in calendario *Gothensi* a. 1865 recensentur 213.335) acath. 241.747 (secundum hoc calendar.) jud. 7252; in territ. Francof. 15.788 cath., acath. 71.730 (secundum hoc calendar.) *summa cath.* 224.433. Intra 12 annos numerus cath. auctus est 20.478.

Matrimonia mere civilia Francofurti tantum contrahi possunt, sed rarissime occurrunt.

Mense Januario parochi tradere debent indicem natorum, copulatorum, mortuorum anni praeteriti gubernio, aestate indicem militiae sacramento obstringendorum et tempore paschali magistro indicem infantium sexennium, quippe qui a paschate scholam elementarem frequentant.

IV. *Clerus.* a. *Institutio.* 1. *Seminar. pueror.* (Hadamar.) sub 1 reg., 1 subreg. (oecononomiam 6 „ancillae Christi“ gerunt) cum 66 alumnis, qui gymnasium publicum frequentant. — 2. *Seminar. cleric.* (Limburg.) sub 1 reg. 1 subreg. et oecon. cum 3 alumnis dioec. 6 extraneis. Theologiae studiosi Moguntiae vel in aliqua facultate theol. cursum theol. absolvunt, si opus est, stipendiis adjuti. Pro semin. assignati sunt in dotationis episcopatus instrumento 1.500 fl.!

b. *Titulus ordinationis* regularis est mensae principis.

c. Sacerdotes *emeriti* e beneficio redit. 4—500 fl. recipiunt, quae summa, si opus est, e fundo centrali suppletur.

d. Pro *demeritis* sacerdotibus domus specialis adest e fundo centrali dotanda; parochus loci eam dirigit erga remunerationem 150 fl.

e. *Status:* sac. saec. 256, reg. 10, i. s. 266. —

Inter saeculares sunt: apud. capit. 7, par. 148, primissarii 14, capell. 57, emer. 20, in magisterio 8, extra dioec. 1; jubil. 8, demeriti 3. — Annum aetatis 50mum nondum compleverunt 54, supra 50 annos sunt 73, supra 60 annos 24, supra 70 an. 7, supra 80 an. 3, supra 90 an. 1. — Sac. curati 221.

V. *Regulares.* A. *Religiosi.* 1. Redemptor. 1 coll. (domus missionum et exercitiorum sub Provinc. Trevir. ad provinc. Germ. infer. pertinens); 10 sac.

4 l. prof., 1 nov., i. s. 15. — 2. Fratres miser. 1 dom. et 4 fil., 14 l. prof., 19 nov. 6 post., i. s. 39. — *Summa* 54.

B. *Religiosae.* 1. Sor. S. Vinc. 2 d., 7. — 2. Ancillae paup. J. Christi, domus materna *Dernbach.* et 20 fil. cum 128 sor. Extra dioecesim in dioecesibus Colon., Trevir., Paderborn., Vratislav., Roermund. (Hollandiae) haec congregatio habet 35 domus fil. cum 159 sor., ita ut summa totalis sit 1 dom. mat. 55 fil. 165 sor. prof. 92 nov. 30 postul., 287 personarum.. —

Summa religiosarum 155, *omnium regularium* 189.

VI. *Unus sacerdos est ad Catholicos* 844.
„ *sac. curat.* „ „ „ 1.015 (et circa 4 loci).
Una pers. regul. „ „ „ 1.187.

VII. *Beneficia.* 1. *Capit.* eccl. cath. ad S. Georg. cum Dec. (praeb. 2.400 fl.), 5 Can. cap. [1 a lib. civ. Francof. dotatur cum 1.800 fl.; 1 est paroch. eccl. cath. cum 1.800 fl.; 1 est parochus Dietkirchens. cum 1.800 fl. ex aliquot annis Limburgi residens, parochia a vicario perpet. administrata; 1 est par. Eltvillae cum 1.800 fl. et 500 qua commissar episc.; 1 est par. Francofurt. et habet reditum hujus parochiae], 2 vic. s. praeb. (à 800 fl.). Jus providendi ut apud *Friburg.* archidioec. — Fabricae ecclesiae cathedr. dotatio incumbit „fisco doman. ducis“ (vi concl. deput. imper. a. 1803, quod agnoscit dotationis instrumentum diei 8. Dec. 1827).

2. *Alia.* Parochiae in ducatu 144, Francof. 4, benef. (fere omnia primissariatus) 20, capell. 50.

Jus providendi in Tab. II. — 27 benef. et longe major paroch. pars jurispatron. privati sunt. Senatus Francofurt. qua possessor praepositurae saecularisatae jus patron. praetendit in 2 par., quod Ordinarius negat; idem usque ad tempus recentissimum nominabat ad 4 par. Francof., hodie res inter eum et Ordinarium quovis casu amicitia componitur. Parochia Ordinis Teutonici a Magno Magistro confertur. Exceptis praebendis capitularibus et benef. juris patr. privati, reliqua beneficia Ordinarius vi pacti provisorii cum duce initi confert sacerdotibus ab ipso duci praesentandis, quos dux *personas* sibi *gratas* ad beneficia nominavit, nullo vero nominationis factae decreto interveniente.

Beneficia vacantia de regula edicto publico indicuntur pro concursu, competitores ab examinatoribus prosynodalibus examinantur. Praesentati instituuntur, postquam gubernium praesensationis documento communicato circa res politicas vel civiles non excepit.

A duce dotantur 3 parochiae (1 ex mera liberalitate, 2 eam ob causam, quod olim a monasteriis mendicantium curae animarum providebatur); civitas Francof. 3 par. dotat vi obligationis concluso imperii a. 1803 contentae.

VIII. *Scholae.* A. *In Nass.* sunt: 1. *Gymnasia: Hadamar.* (11 mag. cath., 1 acath.; 217. disc., 167 cath. 5 acath.), *Weilburg.* (9 mag. acath., 3 cath.; 135 disc. 122 acath. 13 cath.), *Wiesbaden.* (9 mag. acath. 4 cath.,

